

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

Grammatica turcica [Druck]

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

LINGUARUM ORIENTALIUM
TURCICÆ, ARABICÆ, PERSICÆ
INSTITUTIONES

S E U

GRAMMATICA
TURCICA,

IN QUA

*Orthographia, etymologia, syntaxis, prosodia, & reliqua eò spectan-
tia exactè tractantur, exemplisque perspicuis illustrantur*

&

Canon. Regl. CUIUS SINGULIS CAPITIBUS *Caes. S. Maria*
PRÆCEPTA

LINGUARUM ARABICÆ ET PERSICÆ

Subjiciuntur

*Accedunt nonnullæ adnotatiuncula in Linguam Tartaricam, sive
Tataricam, ex qua originem trahere videtur Turcica, & præterea Harmonica Conjugatio
Verbi Turcico-Arabico-Persici, Latine, Germanicè, Italicè, Gallicè, & Polonicè explicati, ac
demum ad calcem operis unum & alterum Carmen, ac Narratio quadam tam
Persico, quam Turcico seorsim idiomate à celebribus Authoribus con-
scripta ad etymologiam exercitationis ergo revocata
adjiciuntur*

Omnia ad captum methodumque Nostratum concinnata

Operâ, typis, & sumptibus

FRANCISCI à MESGNIEN MENINSKI

SS. Sep. Equitis Hierosolymitani, Sac. Cæs. Majest. Consilarii,
ac linguarum Orientalium Interpretis primarii.



Cum gratia & Privilegio Sacra Casarea Majestatis.

VIENNÆ AUSTRIÆ, M. DC. LXXX.



Linum simul Linguarum Institutiones Grammaticas tibi exhibeo, amice Lector, non eo fine, ut, si omnino rudis ad earum studium accesseris, uno omnes tractu addiscere aggrediaris. Id tibi potius omnino dissuadeo, ac in exemplum statuo methodum, quâ unum & alterum ad servitia Sacrae Caesareae Majestatis habilitandum hasce ipsas linguas docui, doceremque, si opus esset. Hac ergo est: Primum accedenti tyroni praescriberem, ut statim vident quomodo tractus literarum ducantur, Alphabetum, quod habes Cap. 1. pag. 1. juberemque illud memoriae mandari juxta pronuntiationem, quam illi ab initio inculcandam ducō. Subsequenti die ad paginam secundam accedere sinerem, & quomodo inter se connectantur litera in eadem voce, quid singula valeant & quomodo cumbinentur, serid, sed breviter, explicarem, usu nempe sensim addiscendum; Ea autem exprimuntur tam in hac, quam pag. 6. cum seqq. Notasque vocales ac orthographicas pag. 9. sub finem expressas exponerem, & in memoria imprimi vellem, ac statim syllabis componendis studiosum assuefacerem, propositis aliquot vocibus suas habentibus adscriptas vocales notas. Ne tamen primâ fronte detereretur à modo syllabizandi Turcico, proponerem v. g. vocem سَوْرَمَ vel سَوْرَمَ. Tum quarerem ab eo qualis esset litera prima primae vocis, diceret esse *w* sin: quid valet? dicerem; responderet, valet S. Juberem ergo scribi S: tum, illud *w* quid supra se habet? interrogarem: responderet *üstün*: quid valet *üstün*? valet *e*; ergo adscribe *e*, & sic haberet SE. Quid sequitur? *g* waw: quid valet? *w*: adscribatur ergo W & erit SEW. Illud *g* waw quid supra se habet? diceret, *gez*m: quid sibi vult? quietem seu carentium vocalis: ergo sic maneat. Progrediendum juberem, & diceret sequi *m* mim; quid valet? *m*: ergo adscribatur ut sit SEWM. Li *m* mim quid supra se habet? diceret *üstün* aequivalens nostro *e*; ergo addatur, & erit SEWME. Sequitur *k* kef, quid valet? *k*: adjiciatur, & erit SEWMEK; nec aliud addendum propter *gez*m, quo ipsum *k* afficitur.

Subinde tamen vellem assuesceret modo syllabizandi Turcico, diceretque in illis vocibus سَوْرَمَ & سَوْرَمَ sewerüm: Sin waw ile üstün, sew, mim kefile üstün mek, sewmek: Sic in altera, sin üstün se, waw üstün we, sewe, re mim ile ütrü rüm sewerüm. Ideoque statim illum exercere inciperem in libro Turcico notis vocalibus distincto, ac paucis post diebus librum illi darem notis illis carentem, & vel uno illi versu pralecto, nostris id literis describi curarem, ut se subinde solus exercere posset.

Tertio itaque statim die eum consolaturus atque animaturus ostenderem illi facilitatem declinandi Nomina Turcica, proposito illi duplici typo aut paradigmate v. g. ار er, vir, ut est pag. 26. expressam, & بابا baba, pater pag. 28. simulque alia instar horum declinanda subjicerem, etiam cum suis Adjectivis, ut ار گوزل güzel er, pulcher vir, كوزل ارك güzel erün-, pulchri viri, &c. exposito illi & exemplis dilucidato, declinatione & genere Adjectiva quodammodo carere in Turcicis, Et jam abhinc aliquot singulis diebus vocabula memoriter addiscenda praescriberem, quae etiam declinari juberem, &c.

Subsequentibus uno & altero diebus paradigma utriusque Verborum aequè facilis Conjugationis exponerem sic

1. سَوْرَمَ sewerüm, amare.

2. بَقْرَمَ bakrüm, aspicere.

Indic. Præs. & Futurum.

Sing.

Pag. 22. سَوْرَمَ sewerüm, amo.
سَوْرَسِن seweršin, amas.
سَوْر sewer, amat.

Pag. 122. بَقْرَمَ bakrüm, aspicio.
بَقْرَسِن bakarsyn, aspicias.
بَقْر bakar, aspicit.

Pl.

سَوْرَسِز sewerisz, amamus.
سَوْرَسِز sewerisz, amatis.
سَوْرَسِز sewerisz, amant.

بَقْرَسِز bakarysz, aspiciamus.
بَقْرَسِز bakarsysz, aspiciatis.
بَقْرَسِز bakarler, aspiciunt.

Im-

Imperfect.

سوردم *sewerdüm*, amabam.

سوردك *sewerdüin-*, amabas, &c.

بقردم *bakardum*, aspiciebam.

Perfect.

سودم *sewdüm*, amavi, &c.

بقدم *baktüm*, aspexi, &c.

Perf. alterum.

سومشم *sewmišym*, amavi, &c.

بقمشم *bakmysym*, aspexi, &c.

Plusq.

سودمش ايدم *sewmys idüm*, amaveram.

بقمش ايدم *bakmys idüm*, aspexeram, &c.

Imperativ.

سو *sew*, ama.

بق *bak*, aspice.

سوسون *sewsün*, amet, &c.

بقسون *baksün*, aspiciat, &c.

Nec ulterius procedere juberem, donec ritè memoria mandaret hæc tempora cum formatione eorum, ad quam facilitandam Indicativum totum & Imperativum Verbi Substantivi simulq; auxiliariis pag. 62. & seq. diducti juberem pariter memoria mandari, & ad eum exercendum darem Latinum quotidie argumentum in Turcicum idioma vertendum, in quo subinde corrigendo suggererem occurrentes regulas quas ei in Grammatica ostenderem & explicarem; prælectaque Declinatione Pronominum pag. 49. expressâ, constructionem Genitivi cum altero Substantivo, de quo nonnihil pag. 57. & fusiùs pag. 153. explicarem & edocerem, simul & usum ac expressionem Pronominum possessivorum Partis 3. cap. 3. expositorum.

Præcipuas subinde præpositiones ex Cap. 2. Part. 5. decerperem, & cum quibus construuntur casibus indicarem. Tunc demum Verborum reliquos modos simul & Negativa Verba addiscere juberem, eumque in illis maximè exercerem, ac tandem Grammaticam ipsam scil. purè Turcicam, præmissis adjectionibus, à capite ad calcem illi, quotidie nempe unum aut alterum caput, prælegerem ac ritè intelligendum propinarem.

Jam tunc, exacto nempe uno aut altero mense, ex Grammatica Arabica aliquid prælegendum suaderem, in quo maximè Thomæ Erpenii Consilium ejusdem Grammatica Arabica præfixum ut sequeretur autor essem. Cumque verborum Arabicorum Nominumque inflexiones ac alia accidentia, sive ex dicti Erpenii aliâsve Authoris, sive ex hujus meâ dispersis Capitibus utcunq; addidicerit, tunc non pigeat illum relegere totam meam, ut scripta est, Grammaticam, & alacriter ex illa notabilem in omnibus tribus linguis profectum faciat, quod opto, Relictâ cuique nec improbat à sua methodo. Vale, & opus cum bono DEO aggredere.

ERRATA CORRIGENDA.

Pag. 22. lin. 25. corrige الملك من الملك *minel-meliki*. p. 37. lin. 4. corr. sic حبلى *hublâ*, grvida, pugnans mulier. حبلي *hublî*. *jün*, ad gravidam pertinens. p. 51. lin. 33. corr. Syntaxi. p. 58. lin. 39. corr. à quattordici. p. 93. lin. 28. Lege *nessârâni*. p. 95. lin. 6. corr. in utrumque, p. 123. lin. 28. corr. leguntur. p. 135. l. 15. corr. اسكله التند *askלה التند*. p. 159. l. 11. Lege عاجز *âgiz*, p. 161. l. 10. scribe اولسد: item l. 37. corr. *miâf*. p. 178. l. 46. Lege بكر *bahr*. p. 187. l. 43. scribendum erat *hajjü tüvânâ*. p. 196. Textus Persici lin. 4. corr. یافت *yâft*, & lin. 25. عذارش. p. 197. l. 28. corr. بر منزلده. p. 198. l. 4. ante finem, notam *refet* ad *minnet*. p. 206. l. 27. سر و سروريله. Legi etiam optime potest *serü sürülari ile*, i. e. capitibus cornibusque suis.



CELISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

D. RAYMUNDO,
DUCI DE AMALFI, PRINCIPI
MONTECUCCOLI,

DOMINO IN HOHENEGG, OSTERBURG
ET GLEIS, AUREI VELLERIS EQUITI, SACRÆ CÆSARÆ
REGIÆQUE MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO, CAMERARIO, CONSILII AU-
LICO-BELLICI PRÆSIDI, LOCUMTENENTI GENERALI, CAMPI-MARESCHALLO,
ARMAMENTARII DOMESTICI ET PROVINCIARUM PRÆFECTO GENE-
RALI, COLONELLO EQUESTRI, JAURINI EJUSQUE CONFI-
NIORUM GUBERNATORI, &c.



SI Tibi, CELSISSIME PRINCEPS, hoc quidquid est
opusculi, eo tantum animo dicarem, quo solent permulti
illis, quorum à nutu ac patrocinio pendent, reverentiam
& obsequia sua præstare, facerem id quidem, quod &
ratio & usus postulant; quandoquidem non mea minus
inclinatio, quam Augustale præceptum Tuis me jussibus
atque imperio, militarem scilicet hominem (ita enim censetur, quotquot
cum vicinis Turcis intercedentia Reipublicæ negotia interpretando ad-
ministramus) rerum bellicarum Directori summo subesse voluerunt. At-
tamen plures sunt quæ me impellunt causæ, ut in submissionis atque de-
votionis integerrimæ notam Celsitudini Tuæ hic loci pro pilo stylum in-
clinem. Etenim miratur quidem in Te Aula ad amissimæ omnis prudenti-
æ exactissimum Ministrum; celebrat orbis felicissimum juxta & fortissi-
mum Ducem. Sed quasi parum esset, & togâ & sago utramque Imperii
publicæque prudentiæ partem implere, ac velut ambobus brachiis omni-
genam Reip. curam amplecti, stringis insuper teneriori pectore bonas qua-
scunque disciplinas, scientiisque & studiis pacatoribus, inter secretiores
sanctioresque recessus Tuos, partem haudquaquam poenitentiam assignas,
nec erga illa magis, quam eorundem cultores afficeris. Quos inter cum &
ego ex officii ratione, zelo quodam in Remp. literariam ductus, pro illa
parte quæ linguas Orientales complectitur, nomen profiteri conatus sim:
æquissimum censui, Tibi, cujus sub præsidio hanc Spartam ornare suscepi,
eandem præsentem hoc testimonio acceptam ferre, unâque cum fama Tua-
rum laudum immortalis præcone clamare: *Esse hoc seculo belli Ducem, qui
ad invidiam priscorum & ipse EX UTROQUE magnum se dicere jure
possit, ostendatque exemplo suo, quam sit necessarium in publicum, quam
inter media discrimina salutare, literas armis atque negotiis junxisse.* Huc
accedit quod nuper admodum ad pedes Augustissimi Monarchæ nostri
Lexicon Orientalium Linguarum à me his proximis annis elaboratum de-
posuerim; cui cum succenturiatus sit præsens hic labor, nemini justius
quam Celsitudini Tuæ dedicandum putavi, summi quippe Principis Prima-
rio Ministro, Orientalium Linguarum Primarium Organum, sine quo qui-
dem.

):():(

dem.

dem Lexicon (si parva licet componere magnis) aliud dici non possit, quàm quod Princeps sine Ministro. Quòd si præterea meminisse lubet, augusti illius diei, quem ad D. Gothardi Fanum, in memoria posterorum sempiternum atque immortalem fecisti, & quantum debeat Christianus Orbis Maximi Cæsaris armis atque auspiciis, Tuo ductu ab immanissimi hostis furore liberatus; quis neget, non ad universos modò, sed & singulos pertinere, ea de causa gratias Tibi etiam publicè profiteri? Fregisti illà operâ Tuâ rabiem ultima omnia minantem; eripuisti ex unguibus rugientium COR ET CLYPEUM Romani Imperii; peperisti victoriam unam omnium, quas vidit hoc ævum, auspiciatissimam, quam Tibi superstitem nulla unquam ætas, nulla tempora delebunt. Quâ cum inter cætera effectum sit, ut ne in communi excidio vel nulla vel inutilis esset Interpretum quoque opera: decuit hâc etiam manu grates Tibi referre, quam Tuo isthoc beneficio liberam adhuc, neq; in publicum otiosam aut superfluam duco, illo præsertim scriptionis genere, quod multifariam usui esse possit eundem in hostem, quem Tu à jugulo Christianitatis repulisti. His igitur nominibus, si fas est trium Cæsarum jubilarium triumphalemque Ducem, lectum inter intimos, consummatissimum probatissimumque Ministrum, paucis dicam, civili militarique & omnigenâ disciplinâ Trismegistum Heroëm tam humili eoque planè ad Autoris genium conformato munere interpellari; ut clementer accipias sinceri atque devoti pectoris & obsequii hoc specimen, vel ideo, CELSISSIME PRINCEPS, in animum induces Tuum, quia, si non nisi Grammatica est, quam offero, inter artes tamen quas vocant liberales, prima est, atque si non artificiosis dialecticæ rhetoricæve strophis superbit, simplices saltem plani sermonis regulas ostendit. Ad hunc rectæ simplicitatis typum ego, ad eundem animus meus ita comparati sumus, ut si nihil habeat præsens hoc tam tenue symbolum quo commendetur, candor tamen & omnimoda submissio perennis adversum Celitudinem Tuam venerationis & devotionis sponfor & obfes displicere non possit. Precor itaque animitùs, CELSISSIME PRINCEPS, hanc dexteram, hunc scriptionis stylum in arrham perpetui mancipatùs accipere ne dedigneris, qui tot buccinis laudum Tuarum præconia enunciare paratus sum, quot Cæsareum ad Orientales Interpretem pollere linguis decet. DEUM interea veneror, ut Augustissimo Cæsari atq; Imperio Celitudinem Tuam inter instrumenta atq; præsidia seculi nostri conservet, domumq; Tuam, & in ea Principem Filium, jam nunc paterna in decora gloriosè surgentem, tum natorum natos & qui ab his descendunt, æternùm duraturâ felicitate circumfundat.

CELSITUDINIS TUÆ

Obsequentissimus cliens & servus

Franciscus à Mefgnien Meninski.



GRAMMATICÆ TURCICÆ
 PARS PRIMA
 DE
 ORTHOGRAPHIA.



CAPUT PRIMUM

De literis.



SCIENDUM in primis Turcas Persasque ex quo Mahometismus invaluit ab Arabibus, ut religionem, ita etiam literas sumpsisse, eisdemque nexûs ac ductûs characterum usurpare, adeoque (quod plerisque Orientalibus commune est) à dextra ad sinistram versus legere, ita ut necessariò initium librorum sit ubi nostrorum finis esset. Sciendum secundò, Turcas non tantùm ad supplendos defectûs suæ origine aliàs & usu barbaræ linguæ, sed etiam ad elegantiam sermonis, qui modò cultissimus dici potest, uti passim tam in loquendo, quàm præcipuè in scribendo vocibus, phrasibus sententiisque linguæ Arabicæ origine, usu, majestate, & verborum copiâ nobilissimæ ac antiquissimæ, simul & Persicæ nulli fortè alii suavitate ac elegantia secundæ, ita ut qui has duas ignorârit, Turcicam ritè callere nunquam dici possit, ideòque singulis capitibus hujus Grammaticæ Turcicæ subungi observationes ac præceptiones utriusq; linguæ Arabicæ & Persicæ. Notandum postremò, cùm præcipuus hujus Operis scopus & objectum sit Sacræ Cæsareæ Majestatis Domini mei Clementissimi, cum Turcico quippe Imperio tam ampla longè latèque diducta confinia habentis, servitium promovere, adeoque modum interpretandi ea, quæ à Turcis ad hanc Cæsaream Aulam perscribuntur, & cum Legatis Nuntiisque Turcicis inde huc advenientibus de rebus publicis & privatis agendi facilitare; ideo hîc primariò & principaliter tractari Grammaticam Turcicam, & eam præcipuè assignari literarum aliàs dictis tribus linguis communium prononciationem, quâ moderni Turcæ, præsertim Constantinopolitani seu Aulici, utuntur in efferendis literis legendisque libris Arabico-Persico-Turcicis.

Proponunt igitur Turcæ pueris aliisque suæ linguæ studiosis addiscendum hujusmodi Alphabetum.

28 27 26 25 24 23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1
 ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ غ ف ق ك ل م ن و ه و ل ا ي
 je lam elif he waw nun mim lam kef kaf se ghain ain zy ty zad sad sin sin ze re zal dal chy ha gim se te be elif

Sic demptâ *lam elif*, quæ non est propriè litera simplex, sed sunt duæ, nimirum *lam*, & *elif*, quæ dum conjunguntur, paulò aliter pinguntur quàm in propria forma separata; numerantur viginti octo Literæ, omnesque censentur consonantes; ad exprimendas enim vocales habent tantummodo certas notas, de quibus infra.

Cùm autem Turcæ habeant suum peculiare *ك*, quod vocant *صاغر نون saghy nun*, & præterea quatuor alias literas mutuuntur à Persis, quas tribus punctis superadditi, ab aliis sui similibus distinguunt, nimirum *پ pe*, *چ çim ç*, *ژ je*, & *گ g*, quæ aliàs *کاف کاف عجمي kaf* appellatur, tale possumus conficere Alphabetum, quale sequens exhibet pagina.

A Potestas

Grammatica Turcica

Potestas	Nomen	Figura	In fine dictionis,		Extra finem dictionis,		Ordo	
			annexa prae-	non annexa	annexa prae-	non annexa		
			ced.	preced.	cedenti.	precedenti.		
Ⲁ	<i>A e i ü</i> , Ex gutture, seu Spiritus lenis Graecorum.	الف <i>elif</i> , alif a,	Elif	ا	ا	ا	ا	1
Ⲃ	<i>B Italicum.</i>	با <i>bā</i> , seu	Be	ب	ب	ب	ب	2
Ⲅ	<i>P.</i>	باي عجمي <i>bāi āgemī</i>	Pe	پ	پ	پ	پ	3
Ⲇ	<i>T.</i>	تا <i>tā</i>	Te	ت	ت	ت	ت	4
Ⲉ	<i>S Ital. Polon.</i>	ثا <i>sā</i>	Se	ث	ث	ث	ث	5
Ⲋ	<i>G Ital. ante e, i, g.</i>	جيم <i>gim</i>	Gim	ج	ج	ج	ج	6
Ⲍ	<i>C Ital. ante e, i.</i>	جيم عجمي <i>gimī āgemī</i>	Cim	چ	چ	چ	چ	7
Ⲏ	<i>H ex ino pectore tractum.</i>	حا <i>hā</i>	Ha	ح	ح	ح	ح	8
Ⲑ	<i>Ch Polon.</i>	خا <i>chā</i>	Chy	خ	خ	خ	خ	9
Ⲓ	<i>D.</i>	دال <i>dāl</i>	Dal	د	د	د	د	10
Ⲕ	<i>Z Gall. Polon.</i>	ذال <i>zāl</i>	Zal, zel.	ذ	ذ	ذ	ذ	11
Ⲗ	<i>R.</i>	را <i>rā</i>	Re	ر	ر	ر	ر	12
Ⲙ	<i>Z Gall. Polon.</i>	زا <i>zā</i>	Ze, zejn	ز	ز	ز	ز	13
Ⲛ	<i>I consonans Gall. j.</i>	زاي عجمي <i>zāi āgemī</i>	Ié Gall.	ژ	ژ	ژ	ژ	14
Ⲝ	<i>S Ital. Polon.</i>	سين <i>sīn</i>	Sin	س	س	س	س	15
Ⲟ	<i>Ch Gall. sch Germ. s.</i>	شين <i>šīn</i>	Chin Gal.	ش	ش	ش	ش	16
Ⲙ	<i>S quasi duplex.</i>	صاد <i>sād</i>	Sad	ص	ص	ص	ص	17
Ⲛ	<i>Z quasi duplicatum.</i>	ضاد <i>zād</i>	Zad	ض	ض	ض	ض	18
Ⲕ	<i>T ex gutture q. th.</i>	طا <i>thā, tā</i>	Ty, thy	ط	ط	ط	ط	19
Ⲗ	<i>Z q. geminatum.</i>	ظا <i>zā</i>	Zy	ظ	ظ	ظ	ظ	20
Ⲙ	<i>A y o gutture prolat. a.</i>	عين <i>ājn</i>	Ajn	ع	ع	ع	ع	21
Ⲛ	<i>Gh Anglicum, gh.</i>	عين <i>ghajn</i>	Ghain	غ	غ	غ	غ	22
Ⲝ	<i>F Ital.</i>	فا <i>fā</i>	Fe	ف	ف	ف	ف	23
Ⲟ	<i>K, serè kh Germ.</i>	كاف <i>kāf</i>	Kaf	ق	ق	ق	ق	24
Ⲑ	<i>K cum i. h.</i>	كاف <i>kāf</i>	Kief	ك	ك	ك	ك	25
Ⲓ	<i>N finale Gallicum. n-</i>	صاغر نون <i>sağhyr nūn</i>	Nun	ك	ك	ك	ك	26
Ⲕ	<i>G Polon. cum i, g.</i>	كاف عجمي <i>kāfi āgemī</i>	Ghief	ك	ك	ك	ك	27
Ⲗ	<i>L.</i>	لام <i>lām</i>	Lam	ل	ل	ل	ل	28
Ⲙ	<i>M.</i>	ميم <i>mīm</i>	Mim	م	م	م	م	29
Ⲛ	<i>N.</i>	نون <i>nūn</i>	Nun	ن	ن	ن	ن	30
Ⲝ	<i>W.</i>	واو <i>wāw</i>	waw, wau	و	و	و	و	31
Ⲟ	<i>H Gall. Germ.</i>	ها <i>hā</i>	He	ه	ه	ه	ه	32
Ⲑ	<i>J consonans Germ.</i>	يا <i>jā</i>	Jc.	ي	ي	ي	ي	33

Sic igitur possent numerari literæ Turcicæ 33. quas tamen ipsi Turcæ solo Arabico contenti Alphabeto ad numerum 28. restringunt, پ pe enim reducunt ad ب be, چ cim ad چ gim, ژ je ad ز ze, & utrumque ك sāghyr nun, & کەfi āgemī, seu گەf ad simplex کەf, quod nos quoque in Lexico nostro observamus.

Ratione autem formæ sunt tantum literæ 17. aut si ک kef & ل lam simul ponas, 16. ا ب ج د ر س ص ط ع ف ك ل م ن و ه ي. Cæteræ enim ab his distinguuntur punctationibus, immo in colligatione scripturæ & in medio dictionis eodem modo cum ا ب be scribuntur etiam ا ن nun, & ا ج je, ut in Alphabeto superiori videre est.

Sunt quidem, ut apud Hebræos, ita apud Arabes & Turcas literæ omnes consonantes, sed ا و ي elif, waw, je habent etiam sæpe sonum vocalium in fine syllabæ, ut in پاشا pāsā, quod nos dicimus Balsā, قورو kuru, ficcus, ديري diri, vivus, &c. de quo fufius infra.

Cæterum antequam valorem literarum Turcicarum aliaque in lectione consideranda fufius explicemus, quia jam posuimus aliqua exempla secuturaque sunt plurima, ad faciliorem Studiosorum intelligentiam nostris characteribus expressa aut descripta, prius exponendum videtur quibus literis aut characteribus utar ad exprimendas eorum literas aut pronuntiationes exoticas, seu quomodo pronuntiarī debeant literæ nostræ, quibus hinc utor, aliàs quilibet suo modo posset eas legere adeoque plerumque impingere.

Sit ergo digressivum, at necessarium

CAPUT SECUNDUM

De valore characterum nostrorum, quibus utor ad exprimendam pronuntiationem literarum aut lectionem vocum Turcico-Arabico-Persicarum.

a Litera *a* sine nota aut accentu utor passim in Turcicis, ut *a* in Arabicis & Persicis vocibus, ad exprimendam notam vocalem \bar{a} ante & post literas duriores, quæ sunt ا ب ج د ر س ص ط ع ف ك, ubi debet efferri clarè, ferè ut *a* Italicum aut Gallicum, seu, ut à Polonicum & Hungaricum, sed est naturâ suâ breve ad differentiam sequentis \bar{a} . Quòd si quando utor *a* in vocibus Turcicis, id indicare volo, pronuntiarī posse ut *a* clarum, prout fit communiter & à vulgo, sæpe autem à doctioribus proferri ut *e* nostrum, ut in declinationibus explicabitur.

ā Hæc litera sic notatā \bar{a} utor ad exprimendum ا elif cum \bar{m} medda, seu positum absque vocali propria post consonantem ت و \bar{t} istūm, seu feth, aut ut nostratibus Phatā affectam; estque hoc \bar{a} naturâ suâ longum, & quidem notabiliter debet protrahi. Pronuntiat autem idem \bar{a} ab Arabibus quidem Nationalibus ferè ut *e* nostrum productum, sed à Turcis (extra Alcoranum) proferitur ut *a* Polonicum sine accentu in dictione v.g. dam, do, & ut *a* Germanicum, seu Austriacum in dictione v.g. Batter/Pater, & æquivalet ferè diphthongo Gallicæ *au* in dictione haut, altus; est enim semper longum.

b Litera *b* exprimit Turcicam ب be, & proferenda est ut in Gallicis, Italicis & Polonicis, non verò ut in Germanicis, ubi confunditur sæpe cum *p*, aut cum *w*.

c Literam *c* prout pronuntiat autem a o u, seu pro *k* nusquam adhibeo, sed loco illius pono ubiq; *k*. Verum \bar{c} cum accentu utor ad exprimendum چ cim, quod æquivalet *c* Italico, seu Romano ante *e*, & *i*, in dictione v.g. Cecitā, Cecitas, quod Germanus ferè scriberet tsch; Et quidem hætenus semper sic scripseram ad intelligentiam nonnullorum Germanorum, quibus rudimenta hujus linguæ tradideram, sed ad parcendum typo satiùs sic per \bar{c} Italicum exprimendum duxi. Quòd si invenias cia, ciu, unâ syllaba profer, sicut in Italicis, seu ut Germanicum tscha / tschu / atque eodem modo si sine *i*, ca, lege tscha.

ch Literis *ch* utor ad exprimendam Turcicam چ chy, debet autem efferri paulò fortiùs quàm apud Polonos, non autem cum tali sibilò aut razione, quâ suum ch efferunt Germani, sed liberiùs spiritum illum fortem ex imo pectore tractum emittendo citra compressionem oris.

Grammatica Turcica

4

- d** *d*, est pro *د dal*, efferturque ut in Gallicis, Italicis & Polonicis.
- e** Litera *e* exprimit notam vocalem *ē* ante & post literas, quas voco leniores, nimirum *ب ت ث ج د ذ ر ز س ش ف ك ل م ن و ي*. Proferatur autem *e* semper clarè, ut in prima syllaba vocum *Ital. effere*, & *Gall. estre, esse*; nisi cum loco *ي ī* ponitur in Turcicis, v. g. in *دیمک dimek*, quod sæpe & liberè scribitur etiam *دمک demek*, tunc illud *e* legitur ferè ut Gallicum *é* quasi esset scriptum *دموک demok*.
- f** Litera *f* ponitur pro *ف fe*, & pronuntiatur ut *ph*, seu ut *f* Gallicum, Italicum, Polonicum.
- g, gh** *g* solum, prout pronuntiatur ab Italis, Gallis aut Polonis ante *u o u l & r* nufquam adhibeo; cum enim Turcæ illud propriè nunquam sic legant, sed cum *h* unitum, ut sit *gh*, quod efferunt sicut moderni Græci suum *γ gamma*, sic ad exprimendum *غ ghajn* utor literis *gh*, ubi debet simul cum *g* audiri *h*, v. g. *غنی ghanī*, non *ganī*.
- ġ** Literam *ġ* sic transversà supernè notà affectam adinveni ad exprimendam Turcicam *ج ġim*, valetque *g* Italicum in *Generale*, *Generalis*, & *ginocchio*, genu, paulòque duriùs quàm *dz* Polonicum in dictione *dziti* / ferus, quod scriberet Italus *gichi*. Ubi autem inveneris *ġia, ġiu, vel ġio* pro *جا, vel جو*, lege illud ad modum unius syllabæ, ut faceret Italus *gia, giu, gio*, & Polonus *dzia / dzin / dzio*.
- ĝ** Literam *ĝ* cum superaddito parvulo *i* pariter adinveni ad exprimendam Persicam *ĝgef*, proferaturque ut *g* durum cum admixto seu quasi adjuncto *i*, ut si sequatur alia vocalis faciat unicam cum ea syllabam, ut in monosyllabo *گف gef* videre est, Gallus scriberet *guief, vel guef*, Italus *ghief*, Polonus *gief*, Hungarus verò ferè scriberet *gyef*, aliàs Germanis prolatu accidit difficile, uti alia etiam multa.
- h** Litera *h* utor ad exprimendas literas *ح ha*, & *ه he*, quantumvis inter se pronuntiatione differant, ut infra explicabitur.
- i** Literam *i* adhibeo ad exprimendam notam vocalem *ē*, seu *ī* aut *īē*, ante & post literas illas leniores, de quibus supra; pronuntiatur autem ut apud Germanos, Polonos, Italos, sive sit consonans, sive vocalis, sed prescè, ut illud in voce *finis* legunt Itali, Galli, &c. ad differentiam *īē y*, quod longè aliter pronuntiandum dicam. At *i*, seu *i* longum ponitur ad exprimendum *ي je* absque alia vocali annexum consonanti præcedenti in Arabicis & Persicis, ut in *دين dīn* a. religio, & *دید did* p. vidit, ubi syllaba producitur, & *i* notabiliter protrahitur.
- j** *j* est ad designandam *ي je* consonantem, licet *i* etiam sæpe idem denoter.
- ĵ** Tale *ĵ* tribus punctis notatum adhibeo ad exprimendum Persicum *ج je*, seu *جā ĵgemī*, proferturque ut *j* consonans, aut ut *g* ante *e*, & *i* apud Gallos, v. g. in dictionibus *جای habeo, General, Generalis*, & ut *ż* Polonicum in dictione, v. g. *iaż, vel iażi* cā, *Rubellio, erythrinus*.
- k** Litera *k* sine addito est pro *ك kaf*, legendumque ut *k*, seu *kh* Germanicum, & *k* Polonicum, admixtā aliquā aspiratione gutturali.
- ķ** *ķ* cum parvulo *i* superscripto est pro *ك kef*, proferturque simul cum *i* eo modo, quo diximus efferendum *ĝ*, hoc est, illud *i* debet simul cum *k* pronuntiari & cum sequente alia vocali unam syllabam efficere, ut *كف kef* monosyllabum, scriberet Gallus *quief, vel quef*, Italus *chief*, Polonus *ķief*, ut *کپک kepek*, fures, *semola*.
- l, l̄** *l* est pro *ل lam* proferturque ut in Germanicis, Italicis, Gallicis. Quod si sit incisum aut cancellatum, respondet *l̄* cancellato Polonico paulò leniùs pronuntiato.
- m** Litera *m* est pro *م mim*, pronuntiaturque ut in Italicis, Germanicis, &c.
- n** Litera *n* est pro *ن nun*, & pronuntiatur ut Nostratibus.
- n-** Si autem addatur lineola sic *n-* adhibetur pro *ن saghyr nun*, & profertur ut Græcum *ν*, seu *γ* ante *γ, ξ, ζ*, & ante *κ kappa*, quod *κ* tunc induit sonum *γ gamma*, ut in *νιφανα*, quasi *νιφανα pephanga*, vocaturque hoc *γ* à Nigidio *γ*, aut *ν* adulterinum, unde si vis, vocemus hoc nostrum *n-* pariter *n* adulterinum, quale videtur esse etiam in Latinis *anguis, angustia, increpat, ingenuus*, ubi *n* haud integrè pronuntiatur, cum lingua palatum non feriat. Taliter in Gallicis effertur *n* finale in dictionibus, v. g. *mon, meus, latin, latinus, mien, meus, &c.* In Venetorum, Bononiensium aliorumque Dialectis, pari modo *n* finale profertur non integrè; Polonus quoque habet quid simile, v. g. in *ma, meam*, quod Gallus scriberet *mon*. Facile autem tale *n* exprimes, si volens *n* pro-

n pronuntiare linguam à preffione palati retrahas, v. g. صكره *son-ra*, post, Gallus deberet distinguere in duo vocabula sic *son ra*, Polonus autem scriberet *sarà*, quod ignari pronuntiant vulgariter *songra*, quasi adesset *g*. præsertim autem hoc accidit & unice ante *r*, seu *r*, *re*, ut hic, & in تكري *tan-ri*, Deus, quod ferè efferunt *tangri*.

o Litera *o* utor ad exprimendum و *ütürü*, seu Arabicè *و* *zemmaut* *و* *zemma*, Nostris *Dhamma* ante literas plerumque illas duriores in litera *a* & *e* specificatas, & hoc peculiariter in Turcicis, proferturque ut *o* pressum Gallicum & Italicum in dictione *contra*, *contre*, *contra*, aut ut Polonicum *o* cum accentu in dictione *wschód*, Ortus, hoc est sono accedente potiùs ad *u*, non autem claro, ut Germanis profertur accedente ad *a*, sic in supradicta voce صكره *son-ra*, post, صومق *formak*, Sciscitari, &c.

ö Hæc litera *ö* est pro و *waw* otiosa post consonantem in Turcicis, sonatque ut diphthongus Gallica *eu* in *peu*, parum, seu ut profertur tale *ö* à Germanis superioribus in voce *Rönig*, Rex, & ab Hungaris in voce *öröm* / gaudium, Gallus scriberet *eurcum*.

p *p* est pro پ *pe*, efferturque ut in Italicis, Gallicis, Polonicis, nec unquam confundatur cum *b*, quod frequens est Germanis.

r *r* est pro ر *re*, sonumque habet ut apud Germanos, Italos.

s Litera *s* utor ad exprimendas literas ث *se*, س *sin*, & ص *sad*, pronuntiatque ut *s* Italicum ac Polonicum, & ut Gallicum initiale, ut in *Il sera*, *sarà*, erit. Profertur tamen fortiùs & cum vehementiori sibilo, quando est pro ص *sad*.

š *š* Punctatum seu accentu notatum mutuatus sum à Polonis ad exprimendum Turcicum ش *šin*, quod Galli scriberent per *ch*, ut in *cheual*, Equus, Itali ferè per *sc*, ut in dictione *scemare*, minuere, Germani rectè per *sch*, ut in *Schade* / damnum; Etsi Poloni suum *š* paulò leniùs efferunt, id feci ad parcendum multitudini literarum.

t Litera *t* utor ad exprimendas Turcicas ت *te* & ط *ty*, licet hæc multò fortiùs pronuntietur & cum aspiratione, quasi esset *th*, vel instar duorum *tt* fortiter dentes superiores feriendo. Cave tamen, ne pronunties *t* (ut interdum fit in Germanicis) uti *d*, licet in Turcicis unum in alterum sæpe transmutetur, ut infra dicitur.

u *u* semper pono pro vocali, nam pro consonante adhibeo *w*; Utor ego *u* ad exprimendam vocalem و ante & post duras illas literas superiùs specificatas, cum tamen sæpe etiam per *o* exprimat, sitque non rarò *ö* & *ü* pro و vocali in Turcicis. Profertur autem *u*, ut à Germanis, Italis, Polonis, & ut *ou* à Gallis, aut à Græcis &.

ū Quòd si longum sit *ū* sic notatum, est pro و *waw* posito absque vocali post consonantem vocali affectam in Arabicis & Persicis, ut دود *dūd* a. Vermis, p. Fumus, ubi notabiliter protrahitur.

ü Litera *ü* cum duobus supernè punctis adibetur ad exprimendam vocalem *u* ante & post consonantes leniores supra specificatas, proferrique debet, ut *u* Gallicum, seu ut tale *ü* Populis superioris Germaniæ plerisque profertur, Italis aliàs, Polonisque prolatu difficile.

w Litera *w* utor pro و *waw* consonante, pronuntiatque ut apud Polonos & Germanos, non tamen fortiter collidendo labia, ut Germani faciunt, illud pronuntiantes ferè instar nostri *b*; Immò in vocibus præcipuè Arabicis effertur sono magis ad *u* vocalem accedente, ut in dictione monosyllaba خوف *chawf*, legitur ferè *chauf* unâ syllabâ; Et sic quidem semper ab Arabibus pronuntiat, (habent, ni fallor, quid simile Angli) adeoque nusquam ut *f* proferri debet, ut fit apud Polonos, & Germanos ante alteram duram consonantem.

y Litera *y* utor ad exprimendam vocalem *y* ante & post consonantes duras supra designatas, estque medio quodam sono efferendum inter *e*, & *i*, quod facile fiet, si volens proferre *i* non applices linguam dentibus inferioribus, sed eam potiùs retrahas, & sine compressione oris proferas, & paulò quidem vehementiorem emittendo spiritum, quam Poloni faciunt in prolatione sui *y* proximè ad hoc Turcicum accedentis.

z Litera *z* utor ad exprimendas Turcicas ذ *zal*, ز *ze*, ض *zad*, & ط *zy*, licet hæc duæ ultimæ vehementiore edantur sono, ut in sequenti fusiùs capite explicabitur, *z* autem pronuntiare volo, non ut Italicum aut Germanicum, sed ut Gallicum in dictione *zélé*, *zelo estuans*, & ut Polonicum in dictione *zabic* / occidere.

Tandem notam ^a supra literam aut inter, seu post literas positum ad exprimendum Turcico-Arabicum ξ *ejn* quod respondet Hebraico γ Quod quidem ξ *ejn* est consonans gutturalis, quæ, ut in sua Grammatica Turcica explicat *Maggio* in profunda parte gutturis formatur, magnâ faucium dilatatione, atque innixâ extremitate linguæ interiori subtrus inferiores dentes profertur, cum quodam gutturis fragore ut ajunt, instar vocis vituli matrem vocantis, sine narium adminiculo, qualem sonum, addo ego, ederet dolore pressus aliquis vim sibi quandam inferens ad aliquid faciendum, quod certè vivam docentis vocem requirit. Quomodo autem hac notâ ^a utar meliùs in syllabario percipies.

His itaque præmissis, percurramus singulas literas Turcicas, & quid valeant explicemus.

CAPUT TERTIUM

De sono & recta pronuntiatione literarum.

E Lif λ aspiratio lenissima eadem est ac prima Hebræorum litera \aleph , estque consonans gutturalis, seu quæ in summo guttore formatur, aliàs cuiusque latinorum vocalis æmulatur sonum, & sic valet juxta vocalem quæ illi superadditur *a e i o u y ö ü* ut infra patebit. Cæterum λ *elif* in Persicis nonnullis vocabulis, ut & articulare ac servile in Arabicis sæpe non legitur, quod lexicon & usus docebunt, & infra, peculiariter in conjugationibus verborum, percipies; Immo in Persicis quum vocalis per literam λ ut etiam μ per ω , & per ν producuntur, promiscuè eadem passim corripuntur abjectis literis λ *او* ut λ *دهان* *dehān*, & λ *دهن* *deben*, os, oris, λ *راه* *rāh*, & λ *راه* *reh*, via, λ *ديه* *dih*, & λ *ده* *dih*, pagus, λ *بگيرد* *bigired*, & λ *بگيرد* *bigired*, capiet λ *بيرون* *birūn* & λ *بيرون* *birūn*, procul λ *ديگر* *diger*, & λ *ديگر* *diger*, aliud, λ *بودن* *buden*, & λ *بودن* *būden*, esse.

β Be, nostro *b* Italico Gallico & Polonico planè respondet, sed tamen in fine vocabuli, & ante, ac sæpe post literas λ *س ش ص ط ق ك* habet ferè sonum β *p*. ut λ *اثبات* *ispāt*, confirmatio, probatio, λ *اسباب* *esbāp*, causæ, media, &c.

β Litera Persica β sonat ut *p*. nostrum.

δ δ *te*, ut *t* nostrum, mutatur tamen in Turcicis sæpe in δ *dal*, *d*.

θ θ *se* litera Arabica æquivalet quidem Græco θ , prout moderni Græci illud pronuntiant, quasi *thse*, linguâ tangendo superiores dentes, ideoque *te blasum* dicitur; sed sic à doctioribus solùm Arabicis & ab accuratis Alcorani Lectoribus pronuntiat, à vulgo autem Arabum, ut *t*, profertur, & à Turcis modernis, ut *s*, per quod setiam illud in meis scriptis reddo, v. g. λ *بواناده* *bu esnāde*, interea: scriberet Græcus λ *εθνاده*, seu *ethsnade*, vulgus Arabum legit *etnade*, nos cum Turcis *esnāde*.

ζ ζ *gim* valet *g* Italicum ante *e* & *i*, idque exprimimus per ζ , ad differentiam aliorum ζ & ζ . Sic λ *جمال* *gemāl* scriberet Italus *gemal*, Polonus *dziemal*. In fine autem vocabuli, & ante ac post consonantes, quas in β *be* notavi, pronuntiat ferè ut sequens ζ *cim*, seu ut *c* Italico-Romanum ante *e* & *i*, aut ut *tsh* Germanicum, ac paulò fortius quàm *c* Polonicum, quod in talibus casibus evenit etiam in Polonica lingua, ut videre est in Grammatica Polonica à me pridem edita. Cæterum Arabicis Africanis hæc litera ζ *gim* pronuntiat ut Persicum ζ *je*, seu ut *i* consonans Gallicum.

ζ ζ *cim* ergo litera Persica valet *c* Italicum ante *e* & *i*, ubi monendus es sæpe omitti puncta hæc superaddita, uti etiam in aliis literis, quod quidem Tyroni non mediocrem parit difficultatem.

ζ Litera ζ vehementius sonat quam *b* Gallicum in voce *hardi*, *audax*, aut Polonicum *h* in voce *hårdy*/imperiosus, aut Germanicum in voce *haben*/habere; formatur enim in profunda gutturis parte, ita ut efficiat sonum ferè duplicis *hh* simul pronuntiat, proximèque accedit ad gutturalem pronuntiationem plebis Florentinæ in suo *c* ante *a o u*, ut in *cavallo*, quod efferunt ferè ut *havallo*, vel *chauallo*. Differt itaque notabilissimè hoc ζ *ha* à penultima Alphabeti litera β *be*, quæ cum aspiratione quidem profertur, sed leniori omnino ut dictum *b* Gallicum, &c.

ζ ζ *chy* adhuc vehementius sonat formaturque paulo superius in principio gutturis, adcoque

adeoque paulò fortiùs pronuntiatur, quàm Polonicum *ch* / ore minimè compresso & absque illo sibilo, quo Germani suum *ch* pronuntiant, comprimendo nonnihil os, &c.

د *dal* planè æquivalet nostro *d* nempe Italico, Gallico, Polonico; Pronuntiatur tamen ferè, ut *t*, in fine dictionis, & ante ac post literas in ب *be* notatas, ut كتيدي *git-ty*, non *gitdy*.

ذ *zal* vocatur ab Erpenio aliisque *d* blæsum & ab Arabibus doctioribus pronuntiatur in apice linguæ, tangendo dentes superiores ferè ut *delta* Græcum, prout à modernis Græcis pronuntiatur quasi *dhzal* seu *dhze*, à plebe autem Arabum pronuntiatur ut *d* nostrum; sed à Turcis planè ut *z* seu ut *z* Gallicum.

ر *re* valet *r* Italicum, Polonicum, Germanicum.

ز *ze* seu *zejn* valet *z* Gallicum aut Polonicum, & ferè *slene* initiale Germanicum, v. g. in *solches* / tale; sed ante & post literas supradictas in *b*, ferè sonat ut *f*, quod intelligendum de aliis ejusdem soni literis ذ ض ظ, hoc tamen præcauto, quòd cum ante *b* incidunt, illud *b* *ty* liquefaciunt ad modum *dal*, ut in اضطراب *yzdyrâb*, legendum, non *iztirâb*.

ژ Litera Persica ژ *je* valet Polonicum *z* / seu *j* consonantem Gallicam, v. g. in *inmais*, nunquam.

س *sin* valet *s* Polonicum, Italicum, & Gallicum initiale, & Hungaricum *ß*.

ش *sin* valet Germanicum *sch* / ut in *Schade* / damnum, Gallicum *ch*, ut in *cheval*, equus, Italicum *sc*, ut in *scimia*, *simia*, & paulò fortiùs profertur quàm *s* Polonicum in *sisâ* / vis, quo tamen Polonico *s* utor ad exprimendum valorem ش *sh*.

ص *sad* valet *s* durum & quasi geminatum, inter dentes, & cum majori sibilo prolatum quàm simplex *s*.

ض *zad* habet apud Arabes doctos sonum blæsum fortiorem quàm *zal*, apud vulgus eorum, immò & Turcarum in paucis vocabulis Arabicis effertur ut *d* nostrum, ut قاضي *qady*, رمضان *ramadan*, quæ legunt *kady*, & *ramadan*, pro *kazy* & *remezân*, uti à modernis Turcis pronuntiatur, nimirum ut *z* Gallicum quasi duplicatum, seu cum majori clarioq; sibilo.

ط *ty*, Arabibus *ta*, valet *t* Polonicum durius, quasi geminatum, seu cum *b*, *th*, ut superiùs innui. Sæpe tamen sonat ut *dal*, aut pro eo ponitur in purè Turcicis, ut pro *طورمق* scribunt sæpè دورمق & legunt utrumque *durmak*, stare; Sicuti vice versâ pro *توتق* *tutmak*, quod etiam توتق *tutmak* scribi potest, scribunt دوتق *dutmak*. Tenere.

ظ *zy* Eodem planè modo pronuntiatur, ut ض *zad*.

ع *ejn* Quomodo pronuntietur vide initio præcedentis pagine, in nota ٣.

غ *ghejn* Pronuntiatur ut modernorum Græcorum *γ* ante *a*, aut ut *g* nostrum ante *a o u* cum cooperatione gutturis, ut sit illud *gh*, & illud *h* aspirativum simul audiatur; Est enim غ una ex gutturalibus, & per hoc differt ejus sonus à sono *g* Latinorum.

ف *fe* Valet *f* Italicum, Gallicum & Polonicum, nunquam autem pronuntiatur ut *w*, sicut fit Germanis.

ق *kaf* Ut *k* Polonicum, aut *kh* Germanicum, & paulò asperiùs quàm *c* latinum ante *a o u*; formatur enim, ait *Maggio*, in profunda gutturis parte, admotâ aliquantulum linguâ super molares dentes inferiores, versùsque medium palati profertur intrar, ut aiunt, vocis corvi.

ك *kef* triplex est apud Turcas, hoc simplex valet *k* cum incluso quasi *i*, ut exposui supra, & ut *κ kappa* Græcum ante *e* & *i* apud modernos Græcos.

ک *gef* cum tribus punctis superpositis (quæ tamen sæpissimè omittuntur) vocatur *kef ægemi*, aut si vis *kâf i ægemi*, & quomodo pronuntietur, supra explicui, nempe ut *g* durum simul cum *i* prolatum. Hoc tantùm hîc addo, quòd in fine dictionis, & ante ac post literas in *b* designatas ferè pronuntiatur ut simplex ك *k*, aut certè, ut fit à Græcis, ferè sicut *i*, ut in بك *beg*, & بكم *begüm*, ferè dicunt *bej*, & *bejüm*. Tu verò ab his abstine.

ن Alterum ن *saghyr nun*, q. n. *surdum* dictum, tribus ut plurimum punctis notatum, & non rarò iis carens, profertur quasi *ng*, seu ut *n* finale Gallicum in *mon*, meus, ut supra explicatum est in *n*., pag. 4. hîc enim *n* illud ن *n* exprimo.

ل *lam*

- ل lam valet l nostrum; In multis tamen vocabulis Turcicis præcedente aut sequente vocali *a o u* durius pronuntiatur, & quidem paulò lenius quàm l cancellatum Polonicum, idque fit feriendo extremitate linguæ extremitatem dentium superiorum, nonnihil spiritus tunc emittendo, & hoc sæpe designo literâ *l*. Nota tamen hîc, quòd lam articuli Arabici الل mutatur in legendo (non in scribendo) in literam subsequenterem, si sit una ex his ط ظ ن ض ص ش ز س ش, quas Arabes vocant Solares, ut التقسيم *ettaksim*, distributio, pro *el teksim*, de quo fusiùs alibi.
- م mim planè ut nostrum *m*.
- ن nun quoque ut *n*. nostrum. In Arabicis tamen præcipuè & Persicis ante ب be & alterum م mim habet sonum ن n seu m, ut من بعد *mim bæd*, pro *min bæd*, abhinc, deinceps, sic عنبر *æmber*, pro *æmber*, ambra, &c. Ante lam, & ر re proferatur ut l, & r, ut من ليل *millejin*, pro *min lejli*, à nocte, من رب *mirrebbin*, pro *min rebbin*, à Domino. Ante ح ح خ ع غ g retinet proprium sonum, & ante reliquas sonat ut n finale Gallicum in *mon*, meus, ferè ut *ng*. v. g. ان شاء الله *in-sâ allâh*, si Deus voluerit, Deo dante, de quò fusiùs Erpenius aliique Grammatici.
- و waw seu wau consonans valet w Polonicum, ut supra explicui, aliquando tamen quiescit post و ütürü seu damma, & pronuntiatur in Arabicis ac plerumque in Persicis ut u longum, vel ut o pariter longum, si nempe sequatur durior litera; In Turcicis autem modò pronuntiatur ut u simplex, ut قوسمق *kusmak* vomere, modò ut o, ut صورمق *formak*, sciscitari, modò ut ö, ut بولمك *bölmek*, partiri, modò ut ü, ut دؤگن *dügün*, nuptiæ.
- ه he valet h Italicum, Gallicum, Polonicum & Germanicum. In Arabicis. cum est in fine nominum, solent superponi duo puncta sic ه ه ه, estque ut plurimum nota feminini generis, & tunc valet t, ac in revolutionibus vertitur in ت; Sed cum ista feminina Arabica Turcæ adhibent in sua locutione aut scriptione, sæpe loco ä vel ö scribunt ت, ut pro حكاية scribunt حكايت *hykâjet*, Historia, narratio; nec rarò, demptis illis punctis, scribunt tantum ä vel ö, ut loco ejusdem حكاية *hykâjet* dicant *hykâje*, ubi, ut vides, otari videtur illud ä vel ö, Quod plerumque fit in Turcicis & Persicis, ut انه *ne*, quid, پنجره *penğere*, fenestra, كه *ki*, qui, vel quòd, ut, &c.
- ل lamelif sunt duæ literæ lam & l elif, simulque sic scriptæ valent ut plurimum lã.
- ي je valet i Italicum consonans, quiescit tamen post *esre*, seu *kesre*, & pronuntiatur ut i longum vocale, ideoq; illud exprimo per *î*, quod notabiliter est protrahendum.

CAPUT QUARTUM

De Arabicis divisionibus literarum.

Dividuntur ab Arabibus literæ, I. *Ratione pronuntiationis* juxta præcipua ejus organa, in Gutturales, quæ scilicet formantur in gutture vocanturque حلقية *halkijje*, seu حلقيات *halkijjat*, ut sunt ح خ ع غ ه: In لهوية *lehwiye*, i. e. uvales, quæ in ea parte formantur, quàm Medici appellant vuam, & sunt ق ك: In شجرية *şejriye*, i. e. palatinas, quæ in palato formantur, & sunt ج ق ك ي: In اسلية *esliye*, i. e. sibilantes, quæ scilicet quodammodò sibilare audiuntur, ut sunt ز س ض: In نطعية *net-ijje*, i. e. balbutientes; in has enim balbutientes sæpe incidunt, ut د ت ط: In لثوية *lis-wiye*, i. e. gingivales, quòd gingivæ quoque interiores in eis pronuntiandis concurrant, ut sunt ث ذ ن: In زلقية *zelkijje*, i. e. flexas, quippe in quibus pronuntiandis lingua flexatur, ut sunt و ل ن: In شفوية *şefehiye*, i. e. labiales, quæ solis labiis formantur, suntque ب ف م: In لينية *liniye*, i. e. lenes, quæ leniter proferuntur, ut sunt و ي: & in لسانية *lisaniye*, i. e. linguales, suntque ut apud Erpenium, & Wasmuth ر ز س ش ض, quibus *Metoscita* addit د ن ت ط ظ ل ن

II. *Ratione officii*, dividuntur in Radicales & Serviles his vocibus mnemonicis comprehensæ يتسمنوا *ietesemmenü*, pinguescent, & بفلك *bifülk*, in navi, quarum priores partim formationi vocum, partim consignificationi inserviunt, posteriores semper consignificationi. Reliquæ omnes sunt radicales, nisi quod interdum ن & ب vicariæ sint ن servilis, adeoque & ipsæ tunc serviant.

III. Ra-

III. Ratione roboris, in Debiles & Robustas. Debiles sunt ا و ي, quia inter pronunciandum interdum enervantur & proprium sonum amittunt; quod fit, quoties vocali privatæ (sive radicales sive serviles) immediatè positæ sunt post propriam seu homogeneam vocalem; ubi tunc vulgò dicuntur quiescere, & communiter hinc Quiescentes appellantur. Robustæ sunt reliquæ omnes, quibus id nunquam accidit. Homogenea autem vocalis ال elif est فتحة fethe Turcis üstün dicta; و waw est ضمة zämme Turcis ütürü dicta; & ي je est كسرة kesre Turcis esre dicta.

IV. Dicuntur eadem ا و ي comimutabiles, quia invicem mutuò permutantur, reliquæ omnes incommutabiles.

Porro dividunt Arabes literas suas in Solares, quæ sunt tredecim: ت ث د ذ ر ز س: & in Lunares, quæ sunt reliquæ.

Verùm hæc divisiones pertinent ad Arabicam. In Turcicis autem sufficiat tibi divisio, de qua in litera a, pag. 3. nempe in literas duriores seu asperiores, quæ suam vocalem efferunt, ut a y u, vel o, & in leniores, quæ ut e i ü; & si vis, altera divisio in punctatas, & puncto carentes literas, quam quidem distinctionem ultimam Turcici Magistri خواجه chogia dicti maximè inculcant à principio suis discipulis; & statim atque Alphabetum probè nörunt, proponere solent addiscendum, seu in memoria eorum imprimere student, quæ & quibus punctis notentur literæ, sequentia recitari jubentes

ت اوستنده be altynda bir nokta, ب التنده بر نقطه, elifte nokta jok, الغده نقطه يوق
ج قرتنده se üstünde üç nokta, ث اوستنده اوج نقطه, te üstünde iki nokta, ايكى نقطه
خ اوستنده chy üstünde bir nokta, ح اوستنده حاده يوق, bada jok, حاده يوق, gim karninda bir nokta, بر نقطه
ر دة يوق rede nokta, زال اوستنده zal üstünde bir nokta, زال اوستنده بر نقطه, dalda jok, دالده يوق, nokta
ش اوستنده اوج نقطه, sinde jok, سينده يوق, ze üstünde bir nokta, زه اوستنده بر نقطه, ze nokta, jok
ضاد اوستنده sad üstünde bir nokta, ضاد اوستنده بر نقطه, sadta jok, صادده يوق, sin üstünde üç nokta
عين ده يوق eyin üstünde bir nokta, ظى اوستنده zy üstünde bir nokta, ظى ده يوق, tyda jok, nokta
فده اوستنده fe üstünde bir nokta, غين اوستنده ghajn üstünde bir nokta, غين اوستنده بر نقطه, ghajnda jok, nokta
لامده kefte jok, كفته يوق, kaf üstünde iki nokta, كافت اوستنده ايكى نقطه, kaf nokta, nokta
واوده nun icinde bir nokta, نون اوستنده nun icinde bir nokta, minde jok, منده يوق, lamda jok, nokta
يه اكننده ايكى نقطه, lamelifte jok, لام الغده يوق, hede jok, هده يوق, wawda jok, nokta
je altynde iki nokta.

Quasi dicas: In ا elif non est punctum, seu ا elif caret puncto, sub ب be est unum punctum, supra ت te duo puncta, supra ث se tria, in ventre ج gim unum, in ح ha nullum, supra خ chy unum, &c.

Ubi nota, quòd puncta hæc diacritica ferè omnibus literis superscribantur, præter ب ج ي, quæ punctum infra se habent; Et quidem pro duobus punctis, immò etiam tribus videtur sæpe unicum scriptum, loco autem trium punctorum sæpe scribitur aut suprâ, præsertim in ش ش; Persæ quoque scribunt sæpe sub س س tria puncta ad distinctionem ش, quod eadem superne habet affixa; je autem finale propter notam formam nullum plerumque habet subscriptum punctum, præsertim in genere scripturæ نسخي neshy dicto, quo in typis utimur.

CAPUT QUINTUM.

De vocalibus literarum, aliisque notis, & de combinatione ac lectione syllabarum.

Immediatè post Alphabetum subdunt Turcæ in suis Abecedariis lineam hujusmodi cum his vocalibus aliisque notis:

uzun elif hemzelif meddelif teshtid gezm iki ütürü iki üstün ütürü üstün üç nokta iki nokta bir nokta
iki esre esre

ايكى نقطه iki nokta, seu Arabibus نقطة noktātūn, significat punctum, unde ..
B
iki

iki nokta, duo puncta, *اوچ نقطه uc nokta*, tria dicuntur puncta, hisque, ut dictum est, distinguuntur inter se literæ aliàs formâ similes.

supra lineam seu literam dicitur Turcis *اوستن üstün*, vocatur autem ab Arabibus *فتح fetḥ*, aut unitatem designando *فتحة fetḥat*, seu *فتحة fetḥe*, vulgò *Phatha*, i. e. apertio, quia os aperitur, dum pronuntiatur, nam sonat *e* vel *a*, seu, ut in Arabicis Perficitque scribo, *e*, quasi litera illa, cui superimponitur, habeat apud nos post se vocalem *e*, vel *a* seu *e*, ut *ب* sonat *be*, *ق* sonat *ka*, seu *ke*.

infra literam dicitur Turcis *اسره esre*, Arabibus autem *كسر kefi*, seu *كسره kesre*, i. e. fractio, quia, ut *Guadagnolo placet*, videntur frangi labia in prolatione ejus, sonatque *i*, vel *y*, ut *ب* *bi*, *ق* *ky*, seu *kby*.

supra literam dicitur Turcis *اوترو ütrü, ütürü vel ötürü*, Arabibus *ضم zemm*, vel *ضمة zammæ*, nostris vulgò *Damma*, i. e. collectio, quia, ut idem *Guadagn.* colliguntur & constringuntur in ejus prolatione labia, nam sonat *ü*, vel *u*, vel *o*, etiam in Turcicis *ö*.

Vocales hæc sic duplicatæ in fine nominum Arabicorum solummodò occurrunt, dicunturque Turcis *ايكى اوستن iki üstün*, *ايكى اسره iki esre*, *ايكى اوترو iki ötürü*. Arabibus verò dicuntur *توينات tenwināt*, seu in singulari *توين tenwin*, i. e. nunnatio, seu additio literæ *n* *nun*; sonat autem *en*, *in*, *ün*. Circa quod observandum *tenwinum* *en* semper exigere in fine dictionis, cui adjicitur, literam *l* *elif*, præterquam cum ultima illius dictionis fuerit *ö*, seu *ö* cum suis punctis; tunc enim sine *l* *elif* scribitur *ö*, *ä*, aliàs secus, *ب* *ben*, *ب* *bin*, *ب* *bün*.

vel *supra lineam* dicitur *جزم gezm*, vel *سكون sükün*, quies, quia vocales dicuntur *حركات berekāt*, motiones; indicat ergo nota hæc *gez* literam cui superscribitur carere vocali & terminare syllabam, ut intrâ patebit.

supra literam dicitur *تشديد testid*, i. e. roboratio, estque nota duplicatæ literæ, ubi enim accidit eandem literam immediatè esse replicandam, ut v. g. in latinis *bellum*, *ferrum*, eam non replicant, sed superponunt literæ hanc notam *ˆ*, ut in *نزل nezzele*, fecit ut descenderet, illud *ˆ* supra *z* positum indicat duplicari illud *z*; & poni pro *نززل* Aliàs *نزل* sine *ˆ* legeretur *nezzele*, descendit. Ponitur præterea idem *ˆ* *testid* post articulum Arabicum *ال el, il, ül*, supra literas Solares, in quas illud *l* *lam* articulare mutatur in lectione, ut *الربب errebbü*, Dominus, *الهرر ilsignore*, ostendit illa *lam* & re pronuntianda esse instar geminati *r*, *re*, ut ex nostris literis percipere facile potes.

supra literam l elif ponitur sic *آ*, vocaturque vul. *مدالف meddelif*, pro *meddi elif*, aut simpliciter *مد medd*, vel in unitate, *مده medde*, nostris vul. *madda* vel *medda*, productio, estque loco duplicis *l elif*, sonatque *ä* longum obtusum, seu ferè ut diphthongus Gallica *au*, quod exprimo literâ *ä* eo quo supra explicui modo.

Turcis dicta vulgò *hamzelif*, seu cum Arabibus *همزة hemze*, pro *همزة hemzetün*, i. e. punctio, vel compressio, est juxta *Guadagn.* altera figura literæ *l elif*, aut, ut verbis *Erpenii* utar, est servus literæ *l elif* mobilis, eique cum vocali appositum, motum

نن <i>nün</i> بابانك <i>babanün</i> -, patris, des Vatt.	Genit. اغانك <i>aghanün</i> -, Domini, des Herrn
يه <i>je</i> باباه <i>babaja</i> , patri, dem Vatter	Dat. اگاه <i>aghaja</i> , Domino, dem Herrn
بي باباي <i>babaji</i> , patrem, den Vatt.	Accus. اغاي <i>aghajj</i> , Dominum, den H.
دن بابادن <i>babaden</i> , à patre, von dem V.	Abl. اغان <i>aghadan</i> , den, à Domino, (von dem Herrn.
	Pluralis.
لر بابالار <i>babalar</i> , ler, patres, die Vätter.	Nom.voc. اغالار <i>aghalar</i> , ler, Domini, die Herrn
ك بابالرك <i>babalerün</i> -, patrum	Genit. اغالرك <i>aghalarün</i> -, lerün-Domino-
ه بابالره <i>babalere</i> , patribus	Dativ. اغالره <i>aghalara</i> , lere, Dominis (rum
ي بابالري <i>babaleri</i> , patres	Accus. اغالري <i>aghalerj</i> , leri, Dominos
دن بابالردن <i>babalarden</i> , à patribus.	Ablat. اغالردن <i>aghalardan</i> , lerden, à Dom.

Invenitur etiam plurale اغا *agha*: اغوات *aghawät*, formæ Arabicæ, pro اغالار *aghalar*.

ALIA EXEMPLA.

	Singularis.
مفتي <i>mufti</i> , Patriarcha.	Nom.voc. قورقو <i>korku</i> , metus.
مفتينك <i>muftinün</i> -	Genit. قورقونك <i>korkunün</i> -
مفتيه <i>muftije</i>	Dativ. قورقوه <i>korkuje</i>
مفتي <i>mufti</i>	Accus. قورقوي <i>korkujj</i>
مفتيدن <i>muftiden</i>	Ablat. قورقودن <i>korkudan</i> , den

ALIA.

پنجره <i>pengere</i> , Fenestra.	Nom.voc. يقه <i>jaka</i> , collare, & ora, pars.
پنجره نك <i>pengerenün</i> -, quod nonnulli پنجره نك	Genit. يقه نك <i>jakanün</i> -
پنجره يه <i>pengereje</i>	Dativ. يقه يه <i>jakaja</i>
پنجره ي <i>pengerej</i>	Accus. يقه ي <i>jakaj</i>
پنجره دن <i>pengereden</i> .	Ablat. يقه دن <i>jakadan</i>

Pluralia regulariter, مغتيلر *muftiler*, قورقولر *korkular*, پنجره لر *pengereleler*, يقه لر *jakalar*.

Genitivus fit addito نك *nün*-, Dativus addito يه *je*, vel *ja*, Accusativus addito يي *ji*, vel *jij*, nisi in terminatis literâ ه & he otiosâ, & literâ ي *i*, quibus loco يي *ji*, vel *jij*, vel *i* additur plerumque *hemzelif*, sic ه, ut vides in exemplis. Ablativus fit regulariter, uti & pluralis in omnibus.

† Hac terminatio genitivi نك *nün*- videtur olim fuisse pro omnis generis nominibus, prout adhuc Scythæ, seu Tartari Crimenses aut Precopenses scribunt in suis Literis Genitivum formantes in نك *nün*-, vel نيك *nün*-, etiam nominum consonante terminatorum, ut اولوغ يورتنيك و تخت قريم نيك و دشت قيقاق نيك اولوغ خاني *ulugh jortnin- we tachei kÿrymnin- we dëti kÿpciaknis- ulugh chani*. Magni Regni, & throni Crimensis, & Camporum Kypciacensium magnus Rex. Ll. Sic اولوغ مملكت نيك و بارجا خريستان نيك و نجه وليه و شود و يچ و قزل المانيك پادشاهي *ulugh memleketnin- wo barcia chrystianin- we lib, we imed, we be, we kÿzi almanin- padiâhi we ciâsari*. Magni

Nom. ناصرات *nāsyraṭūn*, adjuvantes feminae; Gen. & Accus. ناصرات *nāsyraṭin*. Item مسجد *mesjidūn*, templum; مسجد *mesjidin*, مسجداً *mesjiden*. Pl. Nom. مساجد *mesājidū*, templa; Gen. & Accus. مساجد *mesājide*.

Tertia apud eundem diptota est in Singulari, & triptota in Plurali, ut Sing. Nom. احمر *ahmerū*, rubicundus; Gen. & Accus. احمر *ahmere*. Pl. Nom. حمراء *humrūn*, rubicundi; Gen. حمراء *humrin*; Acc. حمراً *humren*.

Quarta eidem est diptota in Sing. & Plurali, ut Sing. Nom. اصغر *ašgharū*, minor, minimus; Gen. & Acc. اصغر *ašghara*. Pl. Nom. اصغرا *ašghyrū*, minores, minimi; Gen. & Acc. اصغرا *ašghyre*.

Guadagnolus autem in prima sua declinatione collocat omnia revolvibilia nomina tam singularia, quam pluralia fracta, ut sunt pluralia tertiae declinationis Erpenianae.

Secunda apud eundem declinatio est nominum, quae dicuntur غير متصرفة *ghejru mutefarrefetin*, irrevolvibilem, seu, ut Erpen. invariabilem, & sic complectitur singularia tertiae & quarta declinationis Erpenianae, nec non pluralia secunda & quarta:

Quae autem sint illa nomina irrevolvibilia fuse explicat idem Guadagn. aliq; omnes Grammatici Arabici. Sunt autem praecipua haec: 1. Adjectiva positiva & comparativa formae افعل *af-ēlū*, ut احمر *ahmerū*, rubicundus: اكبر *ekberū*, major, maximus; nisi, quod rarius accidit, femininum per *ō* forment, sicuti ارمل *ermelūn*, viduus, ارملة *ermeletūn*, vidua. 2. Adjectiva terminata ان *anū* servili, quae non formant feminina addito *ō*, ut غضبان *ghuzbān*, iratus, cuius Fem. غضبية *ghazbā*; sic etiam huius formae quaedam Adjectiva moventur. 3. Terminata *l* elif servili, ut صفرا *safrā*, flava: صحرا *seh-rā*, campus; vel *l* servili quiescente instar *l* elif, ut ذكرى *zikhā*, recordatio: غضبية *ghazbā*, irata: قتلى *ketlā*, occisi. 4. Pluralia fracta formae فواعل *fewā-yl*, فاعل *fe-ā-yl*, مفاعيل *mefā-yl*, فاعيل *fe-ā-yl*, فاعل *efā-yl*, فاعل *fe-ā-yl*, quae Erpenius restringit ad formas نواصر *newāsyf*, & قاطير *kemātyr*, vel قاطير *kemātyr*, ut ضارب *zawāribū*, verberantes: ضفادع *zafādū*, ranæ: قناديل *kenādilū*, lucernæ: مداخل *medāchylū*, vestibula: خزان *chezārinū*, vel خزارق *chezāryku*, araneæ. Sed ea, quorum ultima radicalis est litera *l* *i* quiescens, triptota sunt, ut reliqua Pluralia fracta: quaedam tamen penultimam *l* *kefram* in *l* *fehām* mutant, & ea huius quoque loci sunt, عذارى *ēzārā*, virgines, pro عذارى *ēzārū*, in Nominativo عذارى *ēzārā*, in Gen. & Acc. Sic نصارى *nasārā*, Christiani. Ceterum vox سراويل *serā-wilū*, femoralia, aliis est Plur. *l* سوال *sirwālūn*, & regulariter diptoton, aliis Singulari per se, & diptoton ob similitudinem, quam habet cum Plurali formae نصارى *nasārū*. 5. Regionum, Insularum, Urbium, Pagorum, Arcium, Montium, Fluviorum, & Locorum qualibet nomina, ut مصر *mysrū*, Aegyptus: قبرس *kubrū*, Cyprus: مكة *mekketū*, Mecca: دن *derenū*, Atlas mons: دجلة *digletū*, Tygris fluvius: غوطة *ghutetū*, Gouta. 6. Pleraque hominum propria, & inter cetera Masculina omnia terminata ان *an* ut عمران *ymrānū*, Joachim: عثمان *ōsmānū*, Othomanus; & Peregrina pluribus quam tribus literis constantia, ut ابراهيم *ibrāhimū*, Abraham: اسحاق *ishāku*, Isaac: يعقوب *yaqūbū*, Jacob: آدم *ādēmū*, Adam: جهنم *gehennemū*, Gehenna: فردوس *firdewsū*, Paradisus, &c. Nec non femina terminata *ō*, ut عيشة *ēšetū*, & constantia literis quatuor, ut زينب *zejnebū*, vel tribus, quarum media movetur, ut سكر *sakerū*, aut زعمام *zemam* ante se habet, ut جور *giūrū*, &c.

Tertiam suam declinationem dat Guadagn. solis Dualibus: quartam Pluralibus sanis masculini generis: quintam Pluralibus sanis femininis: sextam denique statuit peculiarem sex Nominibus, non quidem semper, sed quando sunt annexa, vel habent affixum. Sunt autem ea nomina أب *ebūn*, pater: اخ *achūn*, frater: حم *hamūn*, socer: هن *henūn*, res, vulva: فم *femūn*, os: ذو *zu*, præditus, habens, & hoc ultimum semper est cum anne-

annexione, quae Arabibus dicitur *yzāfer*, quod nos diceremus, esse in regimine. Hae igitur nomina annexa, vel cum Affixis, exigunt in Nom. و *waw* quiescens post *zamma*, in Gen. ي *je* quiescens post *kesram*, in Accus. ة *elif* post *fetham*, ut Nom. ابو زيد *ebu zejdi*, pater Zejdi. Gen. ة *abi* زيد *ebi zejdi*, patris, patri, patre Zejdi. Accus. ابا زيد *ebā zejdi*, patrem Zejdi: ة cum affixo personali sic: Nom. ابوك *ebūke*, pater tuus. Genit. ابك *ebīke*, Accus. ابك *ebāke*. Sic اخوك *achūke*, frater tuus, اخك *achīke*, اخاك *achāke*: حوك *hamūke*, focer tuus, حمك *hamīke*, حمك *hamāke*: هنوك *henūke*, vulva tua, uterus tuus, هنك *henīke*, هنك *henāke*: فوك *fūke*, os tuum, فيك *fīke*, فاك *fāke*. Porro ذورحمة *zu rahmetin*, præditus misericordiā: ذي رحمة *zī rahmetin*, præditi misericordiā: ذارحمة *zā rahmetin*, præditum misericordiā. Cum autem annectuntur Affixo primæ personæ, additur tantum ipsum ي *je* relativum quiescens post *kesram*, in omnibus casibus, ut ابي *ebī*, pater meus, patris, patri, patre meo, & patrem meum. فو *fū*, verò, cum est sine annexione, dicitur فم *fem*, os; ة cum Affixo etiam dicitur فمك *femūke*, os tuum, فمك *femīke*, oris tui, فمك *femeke*, os tuum, ة في *femī*, os meum, في *femī*, oris mei, في *femī*, os meum.

Sciendum itaque, Annexione prædictâ, Affixis personalibus, ة Articulo præfixo alterari declinationes, adeoque nunnationes tolli. Et ob Articulum quidem excidit nun vocale, seu illud تنوين *tenwīn*, ut الكتاب *el kitābū*, liber, الكتاب *el kitābi*, libri, الكتاب *el kitābe*, librum. Ob Annexionem autem, ة ob Affixa non solum تنوين *tenwīn* excidit, sed etiam ن *nun* reale in dualibus ة pluralibus sanis masculinis. Sic كتاب *kitābūn*, liber, كتاب موسى *Kitābū mūsā*, liber Mosis, كتاب موسى *Kitābi mūsā*, libri, vel libro Mosis, كتاب موسى *Kitābe mūsā*, librum Mosis. Dual. كتابان *kitābāni*, libri duo, كتابا موسى *Kitābā mūsā*, libri duo Mosis, كتابي موسى *Kitābej mūsā*, librorum duorum, vel libris duobus, ة libros duos Mosis. Plur. كتب *kūtūbūn*, libri, كتب موسى *kūtūbū mūsā*, libri Mosis, كتب موسى *būtūbī mūsā*, librorum, vel libris Mosis, كتب موسى *kūtūbe mūsā*, libros Mosis. Sic etiam cum articulo, ut عطاء الرب *ætwiūr-rebbī*, munificentia Domini, عطاء الرب *ætwer-rebbī*, munificentiam Domini. Ita بنون *benāne*, filii, بنو الله *benūllāhi*, filii Dei, بني الله *benīllāhi*, filiorum, filii, vel filios Dei. كتابه *Kitābūhu*, liber ejus, كتابي *Kitābīhi*, libri, vel libro ejus, كتابه *Kitābehu*, librum ejus: كتابه *Kitābāhu*, libri duo ejus, كتابي *Kitābejhi*, librorum duorum, libris duobus, vel libros duos ejus: كتب *kūtūbūhu*, *kūtūbīhi*, *kūtūbehu*, libri, librorum, libros ejus. Ubi nota, nomina illa cum Affixis, ة in regimine existentia non admittere articulum, ut fusiis in Syntaxi percipies.

Sciendum quoque est, in Nominibus triptotis in ا *ā*, vel ي *ī* desinentibus, non esse locum singulis *tenwīn*is propter debilitatem earum literarum; unde dicitur in omnibus casibus عصا *æsen*, pro عصو *æsewūn*, عصو *æsewīn*, ة عصوا *æsewen*, baculus, baculi, vel baculo, baculum. Sic راحا *rahan*, vel رحي *rehajūn*, رحي *rehajin*, ة رحي *rehajen*, mola, molæ, molam. قاض *kāzyn*, pro قاضي *kāzyūn*, Judex, قاضي *kāzyn*, pro قاضي *kāzyjn*, Judicis, قاضي *kāzyjen*, Judicem: جوار *gewārin*, pro جوار *gewārjūn*, puellæ, Pl. جارية *giārijetūn*: جوار *gewārin*, pro جوار *gewārjūn*, puellarum, جوار *gewārje*, puellas, ة non جواريا *gewārjien*, quia in hoc casu est irrevolubile. Cum Articulo autem dicitur الرحى *errahā*, mola, molæ, molam in omni casu; القاضي *elkāzyīn* in Nom. ة Gen. Judex, ة Judicis, القاضي *elkāzyje*, Judicem. Sic in annexione seu regimine رحي زيد *rehā zejdi*, mola, molæ, molam Zejdi, قاضي زيد *kāzy zejdi*, Judex & Judicis Zejdi: قاضي زيد *kāzyje zejdi*, Judicem Zejdi. Cum Affixis راحي *rahāje*, mola mea, molæ meæ, molam meam: قاضي *zāzyje*, Judex meus, Judicis mei, Judicem meum. Sic راحك *rahāke*, mola tua, molæ tuæ, molam tuam: قاضك *kāzyke*, Judex tuus, ة Judicis tui: قاضك *kāzyjeke*, Judicem tuum. Rationem autem horum pete sis ex Canonibus appendicis Erpenii, ex Grammaticæ Waimuthi cap. 4. aliisque Grammaticis.

Nomi-

Nominum Persicorum declinatio fit per additionem particulæ *l*, quâ suppletur rariùs Genitivus, sæpius Dativus, & sæpiùs Accusativus. Cùm enim duo nomina substantiva rerum diversarum in oratione continuantur, alterum, quod in latinis esset Genitivi casus, manet in Persicis in Nominativo, sed priori seu regenti additur in legendo *z* breve, ferè ut apud Arabes fieri modò diximus, ut کتاب پدر من *kitāb pederī men*, liber patris mei, quod etiam potest reddi کتاب از پدر من *kitāb ez pederī men*, q. à patre meo: si regens terminetur vocali *l* *elif* aut *و*, additur illi reale *ي*, ut پاشای بغداد *pāsāi baghadad*, Præfectus seu Bassa Bagdadensis, aut, ut nos loquimur, Babylonicus: خدا خدای مردگان *chudā chudāi mürdeğān nīst*, Deus, Deus mortuorum non est. Quod si Substantivum regens terminetur literā *ی* *je* vel otiosā *ه* *he*, tunc illi additur *ه* *kefiata hemza*, ut خانه ذکر یا *chānei zekērjā*, Domus Zachariæ, شاه *elcū šāh*, Legatus Regis. Pro Dativo sæpe etiam præfigitur Nominativo præpositio *ه* *be*, ut *ه* *bemen dād*, mihi dedit, *ه* *be o guft*, aut *usit*. *ه* *bedū guft*, ipsi dixit, aliās *ه* *orā dādēm*, ipsi dedi, *ه* *merā guft*, mihi dixit. Accusativus, cùm indeterminatè venit in orationem, est semper similis Nominativo, ut دعا کردن *du-ā kerdēn*, preces fundere. Determinatur autem particula *را*, ut *ه* *orā didēm*, ipsum vidi, *ه* *kesirā küst*, certam personam, quendam occidit. Dicta autem particula liberè seu separatim seu conjunctim adjicitur nomini, immò nominibus, cùm plura simul in eadem constructione continuantur, ut, کتاب پدر خود را *kitāb pederī chodra āwerd*, Librum patris sui attulit. Vocativus est ipse Nominativus, ut in Casibus diximus. Pro Ablativo præponunt præpositionem *از* *ez*, vel quod idem est *ز* *zi*, ut *ه* *ez pederī men*, à patre meo.

CAPUT QUINTUM

De comparatione nominum Turcicorum.

Adjectiva comparantur quidem apud Turcas adjectione *ك* *rel*, vel *ق* *rak*, ut *ه* *gūzel*, pulcher, fit comparativus *ه* *gūzelrek*, pulchrior: ab *الچق* *alciak*, humilis, *ه* *alciakrak*, humilior, sed in sermone familiari, immò in scriptis rarissimè illis utuntur ipsi Turcæ. Loco autem illarum adjectionum præponunt vulgò *دخي* *dachy*, quod vulgus etiam dicit *daha*, v. g. *ه* *dachy büjükl*, vulgò *daha büjükl*, major; & intendendo significationem, quod facimus per *multò*, aut *longè*, præponunt *چوق* *ciok*, ut *ه* *ciok büjükl*, longè major. Cæterum in regimine frequentissimè dicunt, & tu optimè dices, si nullā adhibitā adjectione aut præpositione, positivo tantum utaris, præmissò nomine, cui comparatur, in ablativo, ut *ه* *andan büjükl*, illo major. Quod autem per *paulò* exprimimus, per diminutivum efferunt, ut *ه* *andan büjügek*, paulò major eo. Nostrum quò magis, &c. potest optimè reddi per gerundium in *چه* *ce*, ut *ه* *okudukce acilür*, quò magis legit, eò magis proficit, q. aperitur. Sic *ه* *wardukce azar*, magis magisque (in dies) deterioratur.

Superlativo propriè carent sed extra regimen præponunt aliquod adverbium amplificativum sic: *ه* *pek büjükl*, valde magnus, vel *ه* *ghäjet*, *ghäjette*, *ghäjetile*, *zijüde*, *zijüdesiüle*, *ifrätyle büjükl*, maximè, excessivè magnus, i. e. maximus. In regimine autem præponunt nomen cui comparatur vel ablativo absque ulla additione, v. g. *ه* *giümleden*, vel *giümlesinden büjükl*, omnium maximus, q. omnibus major; vel optimè in genitivo, affixo nomini comparativo seu potius positivo *ي* *si* vel *ه* *ademlerün-güzeli*, hominum pulcherrimus, *ه* *giümlesinün-büjügi*, maximus omnium. Sic *ه* *anlarün-büjügi*, maximus eorum, quod etiam sine *ه* *anlarün-* in nota relatione idem significabit, *ه* *büjügi*, maximus eorum, de quibus fuit sermo.

ه *ejü*, bonus, habet sæpe in comparativo *ه* *jeg*, *ه* *iegrek*, & sic in superlativo, modò explicato, potest dici *ه* *iegregi*, aut *usit*. *ه* *ejüsi*, optimus eorum.

¶ Com-

¶ *Comparativus & Superlativus apud Arabes sunt idem ejusdemque formæ, nimirum أنصَرُ enšeru, cujuscuque tandem sit terminationis & formæ positivus; vocatur autem تفضيل اسم ismî tefzîl, ut à فاضل fâzîl, præstans, pec. scientiâ, افضل efzâlî, præstantior & præstantissimus: ab حسن hasen, bonus, fit احسن ahšen, melior, optimus: à كبير kebîr, magnus, اكبر ekber, major, maximus: à طويل tewîl, longus, اطول atwel, longior, longissimus: ab عالي âlî, celsus, اعلى e-lâ, celsior, celsissimus: ab حبيب habîb, charus, احب ababbû (pro احب abbebû) charior, charissimus. Faciunt autem Femin. in نُصْرَى nufṣrâ, ut كبرى kubrâ, major, maxima: طولى tulâ, longior, longissima; عليا âljâ, celsior, celsissima, &c. In Regimine Comparativa habent post se من min cum genitivo, ut اعظم من الملك e-zemû minel meliki, major Rege; Superlativa autem genitivum tantum admittunt, ut احسن الناس ahšenün-nâsî, optimus hominum,*

Persis formatur Comparativus adjectâ positivo particulâ تر ter, uti Superlativus adjecto ترين terin, ut کم kem, deficiens, vilis, کمتر kemter, magis deficiens, vilior, کمترين kemterin, deficientissimus, vilissimus: به bib, bonus, بهتر bihter, melior, بهترین bihterin, optimus. In regimine Comparativus habet post se præpositionem از ez, ut خوبتر از ماه chubter ez mah, pulchrior lunâ. Superlativus vix usurpatur in regimine.

CAPUT SEXTUM

De specie Nominum.

Species nominum duplex est primitiva & derivativa. Nomen primitivum جامد ġiâ-mid, vel غير مشتق ġhajrî müstak, seu Arabicè ġhajrî müstakyn, dictum, est quod aliunde non derivatur, ut الله allâh, Deus: ار er, vir: ات at, equus: ات et, caro: شهر šehr, urbs, &c. Circa quæ nihil occurrit dicendum.

Derivativum مشتق müstak, dictum, est quod ab alio derivatur, estque Verbale, vel Nominale.

Verbalia derivativa seu nomina quæ derivantur à verbo sunt varia, ut

Nomen Actoris اسم فاعل ismî fâ-yl dictum.

Actorem significat ipsum participium activum in ايجى iġî, ut سويجى sewiġî, Amator, amans, ياردم ايدىجى jardüm idigi, aut ex nomine ياردمجى jardümġî, adjutor, adjuvans, quod alibi etiam evenit; جى ġî enim vel cî videtur idem significare quod ايدىجى idigi, factor, professor, & ut in latinis fex, ut بيورجى bujurukci, mandator, imperator à بيورق bujuruk, mandatum: يولجى yolġî, viator, ab يول yol, via; sic چوقجى ciokġî, quod vul. ciohagî, pannifex, à چوقه cioka, cioha, pannus, &c.

In Arabicis est etiam idem quod Participium activum substantivè positum, ut ناصر nâsyrün, nâsyr, adjutor, adjuvans, مالك mâlik, dominator, possessor. Cum autem frequentiam actûs, aut intensionem actoris significare volunt, adhibent alterum participium, quod Turcæ vocant مبالغه ايله اسم فاعل mübâleghæ ile ismî fâ-yl, quasi participium amplificativum, estque formæ نصار nâsar, quod ipsum significat adjutor, قصاب kas-sâb, dissector in membra, lanio, & fistulator, خباز chabbâz, pistor, &c.

Persis autem est pariter participium in نده ende, ut كوينده ġüjende, locutor, musicus vocalis: خواننده chunende, cantor, lector: سازنده sâzende, compositor, pulsator fidium, musicus instrumentalis. At in compositis nominibus, loco illius Turcici جى ġî, ponunt كار kâr, كرم ker, ac ger, q. factor, fex: قلمكار kalemkâr, entypicus sculptor: گناهكار ġünâhkâr, peccator, q. peccati factor: خدمتكار chydmetkâr, servitor, servitii præstitor: زنگر zenger, aurifaber: كفشگر keshger, sutor, calceorum factor; & in aliis compositis, loco integri participii, adhibent aliud participium, quod est terminatione idem cum Imperativo Persico, aut, si vis, est ipsum participium mutilatum suo نده ende, ut گويى ġüj ġioj, locutor, prolator, v. g. دروغ گويى dürüġh ġüj, prolator mendaciorum, mendax: دار dâr, tenens, habens, تاجدار tâġdar, Coronam tenens, habens, coronatus, Rex.

E

Nomen

Nomen loci & temporis اسم مکان *ismī mekân*
& اسم زمان *ismī zemân* dictum.

¶ *Unicâ voce seu ejusdem terminationis nomine locum & tempus designant Arabes, nomenque tale est formæ منصر menšer (aut in nonnullis menšyr) & cui pec. ad significandum locum, addunt aliquando finale ٥ te, ut منصرٌ menšerün, locus seu etiam tempus adjuvandi: منصران menšerân, duo loca aut tempora adjuvandi: مناصر menäšyrü, plura loca aut tempora adjuvandi. Sic مكتب mekteb, locus & tempus scriptionis, schola: مجلس meğlis, locus & tempus sessionis, confessus: مشرق meşryk, locus ortus, Oriens: مغرب meğhyb, locus occasus, Occidens: مسكن meskin, locus habitationis, habitaculum: مسجد meşcid, locus adorationis, Templum: موضع mewzy, vel usit. mewze, locus & tempus positionis, situs: موعد mew-yd, locus promissionis, promissum: مأوى meewâ, & meewî, locus & tempus mansionis, habitatio, mansio: مقبره mekberet, mekberet, locus sepelitionis, cæmeterium: مظنة mezyynet, locus existimationis, opinio: مقام mekâm, locus & tempus constitutionis, residentiae locus; & ex quadriliteris منقطع mun-katâ, locus & tempus abscissionis. Fiunt autem in prima trilaterarum conjugatione à futuro activo م pro اتمین posito & vocali penultima manente, cum est ٥ fetha, ut مشغل meşğhalün, locus & tempus laboris ab يشغل ieşğhelü, vel كسفا, ut مضرب meşrib, locus & tempus verberationis, ab يضرب jazribü: مبيع mebi, locus & tempus emptio-nis ab يبيع jebî-ü; At in ٥ fetha converso, cum est ٥ zemma, ut مدخل medchal, locus & tempus introitus, ab يدخل jedchulü, paucis exceptis, quæ zemmam ٥ in mutant.*

In verbis autem quadriliteris & conjugationibus communibus derivativis formatur nomen loci ac temporis à futuro passivo, posito م pro اتمین, ita ut omnino conveniat cum participio passivo, ut in exemplis supra positis.

Deest propriè hujusmodi nomen loci & temporis tam Persis quàm Turcis; sed illud reddunt Persæ per additionem nomini verbali actionis particulae seu nominis كه *ğâh*, locus & rariùs tempus, ut نشستگاه vel نشستگاه *nişest ğâh*, vel ad vitandum tot consonantium concursum *nişeste ğâh*, locus & tempus sessionis, seu confidendi locus. Sic زیارتگاه *ziyâret ğâh*, locus visitationis, seu visitatu dignus, عبادتگاه *ğbâdet ğâh*, locus adorationis, templum, sacellum. Turcæ verò aut eodem modo id reddunt, ut عبادت یري *ğbâdet jeri*, locus adorationis, زمانی عبادت *ğbâdet zemâni*, pro مسجد *meşcid*: sic اورش یري *uryş jeri*, locus verberationis, اورش زمانی *uryş zemâni*, pro مضرب *meşrib*. Aut circumscribunt per participium futuri verbi, addito یر *jer*, pro loco, & زمان *zemân*, pro tempore, ut pro مكتب *mekteb*, dicerent *iazu iazagiak ier*, locus scriptionis, vel ubi scribitur, *iazu iazagiak zemân*, tempus scriptionis, aut quo scribitur, sic طورجک یر *duragiak jer*, locus stationis, mansionis, pro مقام *mekâm*. Sic سیر ایدجک یر *sejr idegek jer*, locus lustrationis, deambulationis, & locus lustratu dignus, pro مسیره *mesire* زمان اوکوجک *okujagiak zemân*, tempus lectionis aut legendi; aut porro utuntur utrique & Persæ & Turcæ ipsis nominibus illis Arabicis, & id quidem frequentissimè.

Nomen instrumenti, اسم آلت *ismī âlet*.

¶ *Nomen pariter instrumenti proprium est Arabum, estque formæ منصار minsârün, منصرٌ minšerün, aut منصرة minšeretün, præmissâ radicalibus م mim kesratâ, ut مفتاح miftâh, quo quid aperitur, clavis, à فتح fetha, aperuit, محلب myhleb, mulctra, ab حلب halebe, mulsit: مكسحة mikšebet, verriculum, scopæ, à مسح kescha, verrit. Sed منخل münchul, cribrum est, à نخل nechale, cribravit.*

Turcæ cum Persis ejusmodi nomina instrumenti à verbis derivata non habent, sed ea Turcæ, ut supra, circumscribere possunt, ut قیوئی اچاق آلت *kapujy açagiak âlet*, instrumentum, quo porta aperitur; aliàs اناختار *anachtar* vocant clavem, & sic de aliis.

Nomen

Nomen actionis اسم مصدر *ismi mašter*.

Nomen verbale actionis, latinè in *tio*, habent Turcæ in ش *vel* يش *is*, fitque addito ش *seu* يش *is* Imperativo verbi, sive mutato مك *mek* *vel* مق *mak* Infinitivi in س *is*, ut كوش *gūlis*, risio: سوش *sewis*, amatio, dilectio: باقش *bakys*, aspectio: كدش *alyš wyris*, acceptio & datio, seu commercium, negotiatio, traffico, گدش *gūdis*, itio, كاش *gelis*, adventus, Gall. allec, venie, ایرلاش *irlais*, cantatio, cantus, à كاش *gūlmek*, ridere, سوش *sewmek*, amare, باقش *bakmak*, aspicere, المق ويرمك *almak wirmek*, accipere, & dare, seu emere, & vendere, گتيمك *girmek*, ire, گلمك *gelmek*, venire, ایرلامق *irlamak*, cantare. Sed non ab omnibus verbis hoc elicere potes aut formare. Alii eam actionem exprimunt additō لك *lik*, *vel* لق *lyk* Infinitivo verbi, nempe لك *lik*, si terminetur in مك *mek*; لق *lyk* verò, si exeat in مق *mak*, ut سوشمكك *sewmeklik*, amatio, باقش *bakmaklyk*, aspectio. Sic بيلمكك *bilmeklik*, scitio, scientia, cognitio, انلامق *an-lamaklyk*, intellectio, intelligentia. Immo ipse Infinitivus sæpe nominascit & ponitur pro actione ipsa, adeoque ut nomen declinatur, ut بيلمك *bilmek*, scire, & scientia, cognitio, *sapere*, ò *conoscere*, انلامق *an-lamak*, intelligere, & intellectio, seu intelligentia; aut loco ك *aut* ق infinitivi ponendo à *he* finale otiosum, ut بيلمك *bilme*, scientia, cognitio, انلامك *an-lama*, intellectio, intelligentia, ut انلامسي چوقدر *an-lamasi çioqtür*, intelligere ipsius est multum, seu intelligentia ipsius est magna, *h. e.* multa intelligit. Vide infra in verborum conjugationibus, ubi circa hoc plura invenies.

Habent præterea, ut & Latini, alia nomina verbalia actionis, ut كو *ku*, in quod mutatur مك *mek*, *vel* مق *mak* Infinitivi, ut à بيلمك *bilmek*, scire, fit بلكو *bilgü*, scientia: à سوشمك *sewmek*, amare: à سوكو *sewgü*, amor. Sed hæc sunt admodum rara. Sunt & alia, quæ fiunt ab Infinitivo, dempto ك *vel* ق & *zammata* litera ante م, ut اب ائيمك *icmek*, bibere, ائيمك *iciüm*, potio, haustus: اب اتمك *atmak*, jacere, اتم *atüm*, jactus, اب المق ويرمك *almak wirmek*, *الم ويرم* *alüm wirüm*, *i. q.* االش ويرش *alyš wiris* supra explicatum; sed & hæc pauca sunt, ut بر ائيم صو *bir iciüm su*, una potio, unus haustus aquæ. Ein Trunck Wasser. Vna beuuta d'acqua. Vn verre d'eau: بر اوق ائمي *bir ok atümi*, jactus unus sagittæ. Ein Pfeil. Schuß. Vn tiro di freccia, &c. Respondentque hæc, ut vides, latinis in *tus*.

Quod si tale nomen sit passivæ significationis seu nomen passionis, à verbo passivo fit eodem, quo dictum est, modo, ut سوشلش *sewilis*, dilectio passiva, *vel* سوشللك *sewilmeklik*, Idem, *vel* سوشللك *sewilmek* aut سوشللك *sewilme* Idem, Ital. *l'esser amato*.

Persis actio sæpe exprimitur per nomen desinens pariter in ش *vel* يش *is*, additum Imperativo verbi, ut à دیدن *diden*, videre, fit Imperativus بین *bin*, vide, & ab hoc بینش *binis*, visio, visus. Sic ab آزمودن *azmüden*, tentare, experiri, آزمای *azmaj*, tenta, experire, آزمایش *azmāis*, tentatio, experientia, ab آسودن *āsüden*, quiescere, آسای *āsāj*, quiesce, آسایش *āsāis*, quies, ab آمیختن *amychten*, miscere, آمیز *amiz*, misce, آمیزش *amizis*, mixtio, à ستودن *sütüden*, laudare, ستای *sitāj*, lauda, ستایش *sitāis*, laudatio, laus, &c. Quod si passivè ponendum sit tale nomen, tunc frequentius fit à participio passivo, addito كي *gi*, ut à ستوده *sütüde*, laudatus, *part. pass.* ستودن *sütüden*, fit ستودهكي *sewütüdegi*, seu *üstüdegi*, laudatio passiva, seu laus, qua quis laudatur ab alio. Sic ab آلوده *älüde*, pollutus, inquinatus, fit آلودهكي *älüdegi*, pollutio, inquinatio passiva. Item sumitur sæpe pro actione verbi tertia persona Præteriti perfecti, ut درخواست *der chāst*, postulavit, & ipsa postulatio: خرید و فروخت *chyrüdü sürücht*, emit & vendidit, & ipsa emptio & venditio, commercium, traffico. Porro ipse Infinitivus nominascens sumitur pro actione, ut خوردني خورد *chordeni chord*, esionem unam comedit, *h. e.* semel, *vel* aliquem, cibum sumpsit.

¶ Arabibus actio est ipse Infinitivus verbi مصدر *mašter* dictus reliquorum nominum more casibus variatus, quin nihil aliud est Infinitivus Arabum, quàm nomen verbale actionis. In paradigma autem ponitur in Accusativo, quasi adverbialiter, nec sic nisi elegantia ac significationis intendendæ causâ verbo apponitur.

His Infinitivis Arabicis, seu nominibus verbalibus actionem significantibus sæpissimè

mè utuntur Turcæ addito auxiliari ايتمك *itmek* seu *esmek*, (quod in Lexico exprimo per e.) vel synonymo, ad significandum id, quod per se verbum Arabicum significat, ut رعایت ايتمك *ry-âjet itmek*, observare, honorare, quasi facere observationem, honorem, &c.

Nomen vicis اسم مره *ismî merre*.

¶ Frequens est Arabibus nomen vicis quod vocant اسم المرة *ismûl merreti*, ad significandam actionem aliquam semel vel pluries factam. Formatur autem ab Infinitivo seu mastaro verbi non habente in fine ö, & fethatâ primâ literâ, ut sit forma نصرته *nasretün*, quod ipsum significat adjuvatio semel præstita, ضربة *zarbet*, una sola percussio, قعدة *kædet*, una sola sessio. Et hoc ex quocunque Infinitivo tam primæ quàm aliarum derivatarum conjugationum non habente in fine ö, si autem habeat ö, addendum est explicitè واحدة *wâhydetün*, una, ut دحرجة واحدة *dahregeten wâhydeten*, revolutione unâ. Dices igitur نصرته نصرته *nasretühu nasreten*, adjuvi eum unâ vice: نصرته نصرتين *nasretühu nasretejni*, Adjuvi eum bis: نصرته نصرات *nasretühu naserâtin*, adjuvi eum pluries.

Si verò in prima litera ponatur vocalis كسرا, erit explicatio speciei, seu nomen Arabibus اسم النوع *ismün-new* dictum, quod æquivalet supino latino in u, ut cum dicitur, pulchrum visu, aptum ad faciendum, &c. Erit ergo forma نصرته *nyretün*, & dices هذا حسن النظره *hâzâ hasenün-nyzreti*, hoc pulchrum visu: حسن الطعمه *hasenut-tymeti*, bonum ad comedendum, bonum gustatu: حسن الجلسة *hasenül-gilseti*, commodum ad sedendum. Guadagn. استخرجة هو حسن *hüwe hasenü istychrâgetin*, ipse bonus est educatione, aut in educatione. Erpen.

Id Persæ exprimunt addito Infinitivo verbi vel nomini actionis كرى *ky*, quod vocant واحدة *jâi wâhdet*, ut كردنى *kardeni*, semel facere, seu una actio. Turcæ autem simpliciter præponunt, bir nomini actionis, ut بر اورش *bir uryş*, vel vul. *wurış*, una percussio, &c. Nomen autem speciei per actionis nomen in Dativo, vel cum præpositione ده *de*, ut كورمكه كوزل *gormege guzel*, كوسترشلو *gösterişlü*, pulcher visu. يئمكه يرار *ienmege jarar*, ينور *ienür*, bonum ad comedendum, &c. Nam hæc rarò occurrunt.

Derivativum nominale est, quod ab alio nomine derivatur, estque possessivum, diminutivum & locale.

Nomen possessivum, seu relatum اسم منسوب *ismî mensüb* dictum.

Possessivum est nomen Adjectivum significans possessionem, fitque à quovis Substantivo adjectione particulae لو *lü*, quod aliàs docti, pec. legisperiti scribunt لي *li*, quæ particula significat terè habens, possidens, & præditus, affectus, & factus ex... ut جان *jan*, anima, fit جانلو *giänlü*, q. animam habens, animal, quod Arabs diceret ذورج *zurj*, Perfa جانور *giänwer*, *giänewer*, Idem. Sic مرؤت *mürüwet*, humanitas: مرؤتلو *mürüwetlü*, humanus, q. habens humanitatem, seu humanitate præditus: اب اودون *odun*, lignum, اودونلو *odunlü*, ligneus, & qui, quæ, quod ligna habet: اب التون *altün*, aurum, التونلو *altünlü*, aureus, ex auro factus, & aurum habens, possidens: اب ات *at*, equus, اتلو *atlü*, equum habens, seu eques: مال *mäl*, divitiæ, ماللو *mällü*, dives, facultatibus præditus: اب اچده *akcia*, pecunia, nummi, اچدلو *akcialü*, pecuniosus, nummosus, nummos habens, Sic ادلو *adlü*, nominatus, nomen habens: عقلو *ekyllü*, judiciosus, iudicio aut intellectu præditus. Additâ præterea eadem particulâ لو *lü*, vel لي *li* nomini proprio Regionis, Urbis, &c. facit nomen patrium seu gentile, ut استانبوللو *istambollü*, Constantinopolitanus, ab استانبول *istambol*, Constantinopolis: بچلو *beclü*, Viennensis, à بچ *bec*, Vienna: ليهلو *liblü*, vulg. لهلو *lehlü*, Polonus, à ليه *lib*, vel له *leh*, Polonia. Aliàs sæpe utuntur Possessivis Arabicis & Persicis.

¶ Hæc ergo omnia possessiva aut gentilia exprimit Arabs per additionem literæ ي *yi* cuilibet Substantivo, ut انسان *insân*, homo, addito انساني *insânî*, seu cum *tenwîn*

tenwīn انساني *insānījūn*, humanus, ab هند *hind*, India, هندی *hindijūn*, seu *bindī*, Indianus vel Indus.

Sed ̄ terminatā id abjiciunt, ut مائدة *mājedūn*, mensa: مائدة *mājdijūn*, mensalis: حلبة *halbā*, gravida mulier, حلبية *halbijūn*, ad gravidam pertinens: ي je tamen mutatur in و *waw*, ut dicatur حلبوي *halbewijūn*, quod etiam finali ى *elif* accidit, ut رجا *rahā*, mola, رحوي *rahewijūn*, molaris: بوسنا *bofnā*, Bosina regio, بوسنوي *bofnawī*, Bosinensis: سودا *sewdā*, melancholia, سودوي *sewduwī*, سوداوي *sewdawijūn*, melancholicus: الشام *essāmū*, Syria, vel Damascus, الشامي *essāmijū*: Syriacus, & Syrus, دمشقي *mysrū*, Ægyptus, مصري *mysrijūn*, Ægyptiacus, & Ægyptius: افريقية *ifiykyjetū*, Africa, افريقي *ifiykyjūn*, Africanus & Afer; *ubi ̄ cum ̄ peris, quod in terminatis per ̄ perpetuum est.*

Perfæ demum Possessiva, ̄ *pec.* Gentilia formant etiam additione ي *ī* nomini Substantivo, ut اصفهان *ysfebān*, Spahanum, اصفهاني *ysfebānī*, Spahanensis: جو *gew*, hordeum, جوي *gewī*, hordeaceus: آتش *ātes*, ignis, آتشي *ātesī*, igneus; quibus sæpe addunt ن *n*, & dicunt آتشین *ātesīn*, igneus: جوين *gewīn*, hordeaceus: شیر *šir*, lac, شیرین *širīn*, lacteus, dulcis: نمک *nemek*, sal, نمکین *nemekīn*, falsus. Sic multa alia adjectiva formantur, ut ایش *pīs*, ante: پیشین *pisīn*, anterior, primus, ا پس *pes*, post: پسین *pesīn*, postremus, &c. Sed ad exprimendum Possessivum, loco Turcici لو *lū*, affigunt مند *mend*, و *wer*, دار *dār*, ناک *nāk*, کین *kīn*, سار *sār*, &c. ut هنرمند *hūnermend*, virtute aut arte præditus, *virtuoso*, Turcis etiam usitatissimum pro هنرلو *hūnerlū*, ab هنر *hūner*, virtus, ars. Sic ا جان *giān*, anima, جانور *giānwer*, vul. *giānewer*, animam, vitam habens, animal: مال *māl*, opes, مالدار *māldār*, opes, divitias habens, possidens, dives; Sic باردار *bārdār*, gravida, quæ onus habet: پایدار *pājdār*, pedem habens, i. e. constans: یاددار *jād dār*, memoriam vel famam habens, celebris. In passionibus ناک *nāk*, q. affectus, ut غضبناک *gbazebnāk*, irā affectus, correptus, iratus: غمناک *ghemnāk*, tristitiā affectus, tristis: زهرناک *zebernāk*, veneno infectus, venenatus: کین *kīn*, ferē idem, ut غمکن *gbemkīn*, tristitiā affectus, tristis, melancholicus: نمکن *nemkīn*, humidus, roscidus: وار *wār*, i. q. و *wer*, habens: امیدوار *ūmidwār*, spem habens, spe fretus: سار *sār*, ut شرمسار *šerm sār*, *šermesār*, pudore suffusus: سنگسار *senksār*, lapidibus petitus, lapidatus, &c.

Omnes autem tres Nationes sæpe possessivum reddunt phrasticè per Arabica ذو *zū*, صاحب *sāhyb*, اهل *ehl*, habens, possidens, possessor, dominus, præditus, dotatus, & incola, &c. Ut ذوالجلال *zūl gelāl*, Majestate, gloriā præditus: صاحب عقل *sāhybī ekyl*, quod & Turcicè صاحب عقل *ekyl sāhybī*, Intellectu & judicio præditus: صاحب دولت *sāhybī dewlet*, & ex frequenti usu tam Turcis quàm Persis *sāhyb dewlet*, prosperitate & divitiis potens, possessor domini, Dominus: اهل پرہیز *ehlī perhīz*, quod & Persicè پرہیزکار *perhīzkar*, continentiz observans, abstinens, اهل بیت *ehlī best*, domesticus, q. incola domus: sic in Plurali اہالی مملکت *ehālī memleket*, Regnicolæ. Item Turcæ reddunt tale possessivum per Persicum پر *pūr* plenus, ut پر معرفت *pūr mærifet*, scientiā præditus, plenus, pro معرفتلو *mærifetlū*, Idem. Aut per præpositionem Perf. با *bā*, ut چاسار با وقار *ciāsār bā wekār*, Cæsar Majestate præditus, pro وقارلو *wekārlū*, vel اهل وقار *ehlī wekār*, Idem. Aut per alias particulas, de quibus alibi.

Alia Possessiva loco Genitivi posita, quibus abundat lingua Polonica etiam à nomine proprio efformatis, non habent Turcæ, sed Genitivum ipsum expressè ponunt, v. g. pro *Culter Francisci*, *Franciszkonun* / dicunt فرانسکونک چاغی *frānciskonün-biçaghy*. Sic pro *Uxor Regis*, *Regina*, *Brolowa* / *die Königin* / dicunt قرالک یا خود *kyralün*, seu *kralün*, vel *pādīsābün-joldasī*, vel *chatūni*. Desi *Königs* seine Gemahlin. Quanquam ex Slavonico nostras etiam vocent Reginas قرالچیچ *kraličia*, sic چاسارچیچ *ciāsārīçie* Imperatrix, vix tamen ea in literis unquam leges. Quod si in relatione repetendum sit possessivum, ubi diceres Germanicè, v. g. Desi Herrn seiner / Ital. *Quello del signore*, Gall. *Celuy de Monsieur*, Pol. *Pański*; dic اغباننکی *agbanün-kī*, addito & adscripto

edscripto کي *ki* Genitivo possidentis; unde etiam dicitur بگوینگی *bugünki*, hodiernus, der heutige / quello d'oggi, celuy d'aujourd'huy, dzisiejszy: صباحکی *sebahki*, صباحدهکی *sebahdeki*, صباحدنکی *sebahdanki*, Matutinus, celuy du matin, & similia.

Nomina opificum, artificum, vel professorum alicujus artis, seu aliquid ex professo tractantium, quæ possent aliàs ad Nomen Actoris remitti, plerumque fiunt à nomine rei, circa quam, tanquam objectum verlantur, adjecto جي *gi* vel *ci*, ut ab *etmek*, panis, fit *etmekci*, pistor, & venditor panis: *çizme*, cothurnus, ocrea, fit *çizmegi*, futor & venditor ocrearum seu cothurnorum: *okci*, factor & venditor, immò & jaculator sagittarum, *mejhânegi*, caupo, vini venditor. Dicitur & رعایتچی *ry-âjetci* q. honoris præstitor, observator; quod refer ad nomen Actoris.

¶ *Hæc Arabibus sunt mera participia seu nomina Actoris, quæ suprâ vide.*

Fiunt autem apud Persas adjectione کار *kâr*, vel کر *ker*, seu *ger*, quæ sunt Participia verbi کردن *kerden*, facere, ut in nomine Actionis dictum est, aut additione aliorum participiorum, *pec.* ad formam Imperativi restrictorum, ut sunt ساز *sâz*, دوزچی *düzici*, confector, expolitor, *â* ساختن *sâchten*, facere, conficere, expolire, fingere, effingere, ut کار ساز *kâr sâz*, opifex, operis concinnator, expolitor: فروش *fürûs*, venditor, ut حلوا فروش *halwâ fürûs*, venditor dulciariorum, eorumque confector, pro حلواچی *halwâ-gi* & similia: بان *bân*, q. custos, ut دربان *derbân*, custos januz, janitor, pro قیوچی *qiyûci*, vel قیو بکچیسی *qiyû bekçisi* (& hinc forte nostrum: Erabant.) باغبان *baghbân*, hortulanus, aut vinitor, custos vineæ aut horti.

Cæterùm Arabica nomina Artificum plurima communia sunt etiam Turcis ac Persis, ut صحاف *sahbâf*, rariùs کتابچی *kitâbci*, librarius, bibliopola: قواف *kawwâf*, calcæorum venditor: سراج *serrâg*, qui conficit ephippia, & ea, quæ ad equi & currus apparatus spectant: ترجمان *tergimân*, Interpres, & similia, quæ propriè sunt Arabica nomina Actoris, de quibus suprâ dictum est.

A prædictis autem derivativis, immò ab omnibus Adjectivis, & multis Substantivis formant Turcæ abstracta adjectione particule لك *lik*, vel لک *lyk*; Persæ autem suis & Arabicis, adjectâ literâ ي *i*, ut ab هنرلو *hünrlü*, vel هنرمند *hünermend*, virtute præditus; virtuoso, fieri potest هنرلوك *hünermendlik*, q. virtuositas, seu esse virtute præditum, *l'esser virtuoso*, & Persicè هنرمندی *hünermendi*, *Idem*. Sic à بهالو *behâlû*, pretiosus, carus: بهالوك *behâlûlik*, pretiositas, caritas. Sic ab *etmekci* نانوا *nânwâ* p. خباز *chabbâz* a. Pistor: *etmekcilik*, نانوالق *nânwâ-lyk*, خبازلق *chabbâzlyk*, & Persicè نانواچی *nânwâçi*, خبازچی *chabbâzçi*, ars pistoria, aut etiam vendendi panem. Sic à کتابچی *kitâbci*, صحاف *sahbâf*, librarius, کتابچیلک *kitâbcilik*, صحافلق *sahbâfilyk*, Persicè صحافی *sahbâfi*, professio librarii, seu vendendi libros: اب اق *ak* a. بیاض *bejâz* a. سپید *sipîd* p. اقلق *aklyk*, بیاضلق *bejâzlyk*, قندریست *qendürüst*, سفید *sipîd*, سپیدی *sipîdi*, albedo: *â* صاغ *sagh* a. تندرستی *tendürüst*, fanus, صاغلق *saghlyk*, تندرستلىق *tendürüstlik*, Pers. تندرستی *tendürüstî*, sanitas: *â* دوست *dost* a. p. امیک *amîk*: دوستلق *dostlyk*, Pers. دوستی *dostî*, amicitia: ab آشنا *âsinâ*, notus, bekendt / آشنالىق *âsinâlyk*, Pers. آشنایی *âsinâçi*, notitia, *Beğ kändtnuß*; *â* پادشاه *pâdisâh*, Rex, vel Imperator: پادشاهلىق *pâdisâhlyk*, Pers. پادشاهی *pâdisâhî*. Regnum, Imperium, *â* Regia, Imperialis dignitas; & in similibus abstractis à Substantivo, Persicum ي *i* additum, vocatur *jâi mestâr*. Cùm autem, v. g. پادشاهی *pâdisâhî*, significet etiam *Regius, Imperialis*, eò quòd, ut suprâ innui, fiat illis relativum seu possessivum adjectione ejusdem ي *i*: tunc in hoc ultimo casu vocatur *jâi nispet*, q. je relationis seu pertinentiæ.

Scias autem particulam illam لك *lik* & لک *lyk* (quarum postrema affigitur nominibus sub finem vocalem aliquam nostram *a o u y* habentibus, prima autem aliis) additum nominibus inferre sæpe aliam significationem. Per illas enim efficiuntur nomina localia, de quibus paulò inferiùs, & præterea addita nominibus numeralibus, seu numeris dant significationem, v. g. *ikilik*, Nummus duorum asprorum, aut si vis cruciferorum, duorum aureorum, &c. pro re numerata; aut etiam vas, v. g. duarum mensurarum, seu duas, v. g. mensuras vini, aut alterius cujuscunque rei continens, quod diceret Italus, *Vn pezzo di due ducati*, *ò Vngari*; *vn vaso di due misure*, *ò boccali*, &c. Sic

اونلق

اونلك *onlyk*, nummus decem denariorum, aureorum, &c. Rursus dicunt ليكي *ilki gbrošlyk šerāb*, tantum vini quantum duobus thaleris emitur, seu, ut saepe dicimus, vinum pro duobus thaleris, *per due talleri di vino*, quod & وقيدسي بر *wakjjesi (vul. okkasi) bir gbrošlyk šerāb*, vinum, cujus libra, seu mensura thalero venditur. *Vino d'un tallaro il boccale. Item اچيدلق *iarūm akčialyk, vel bučiuklyk giger*, hepatitis tantum, quantum medio aspro, crucifero emitur, seu pro medio aspro hepar. *Mezzo baiocco di fegato. Sic بر كونلك يول *bir gūnlik iol*, aut ايكي ساعتلك يول *iki sā-ētlik iol*, iter unius diei, duarum horarum. Ein Tagreiß / zwey Stund wegš. *Vna giornata di viaggio, due hore di strada. Pari ratione چوقه بر چاقشلق چوقه *bir čiakširlyk čioka*, tantum panni quantum sufficit ad conficienda femoralia, aut etiam pannus pro femoralibus. Sic بر طونلك چوقه *bir donlyk čioka, vul. čioha*, quantum panni sufficit ad parandam unam togam, seu pannus pro toga: ايكي فغانلق قاش *ilki kaf-tanlyk kumaš*, Pannus sericeus pro duabus vestibus inferioribus. *Uá dwá župany bíawat/č.****

De Nomine diminutivo اسم تصغير *ismi tašghyr* dicto,

Diminutiva habent Turcæ, quibus utuntur sæpius ad blanditiem, quàm ad parvitatem aut diminutionem significandam. Fiunt autem à Substantivis addito جك *gik*, vel جف *gik*, quæ post duriores literas leguntur *čik*, & *čik*, ac nonnunquam *giuk*, *čiuk*, vel *giuk*, *čiuk* etiam in scripto چوق جوك, à quo tu velim abstineas. Exempla: à كتاب *kitāb*, liber, كتابچك *kitābčik*, libellus: عورت *ewret*, mulier, عورتچك *ewretčik*, muliercula: بابا *baba*, pater, باباچك *babāčik*, paterculus: انا *ana*, mater, اناچك *anačik*, matercula. Sed nota propter euphoniā saepe tolli ultimam consonantem ق *kaf*, & ك *kef*, ut اتك *etek*, sinus, *falda*, اتكچك *etečik*, sinulus: كويك *köpek*, canis, كويكچك *köpečik*, caniculus: اتمك *etmek*, panis, اتمكچك *etmečik*, paniculus, modicus panis. Et ex his fiunt rursus alia diminutiva, seu potius magis blanditiva, addito ز *ez*, vel *az*, mutatoque ق *kaf* finali in غ *ghajn*, & ك *kef* finali in ك *gef*, ut ab ال *el*, manus, fit dimin. الجك *elgik*, manula, & ab hoc الجك *elgigez*, manula, *manina*. Sic اتغج *atčighaz*, equulus, صوجج *suğighaz*, aquula, modica aqua. Illud autem غ & ك *ghajn*, & *gef* ita leniter pronuntiant Turcæ, ut ea vix sentias, & putes ab illis dici *elgiez*, *atčiaz*, *suğiaz*.

Ab Adjectivis fiunt diminutiva addito جه *ge*, vel *ce*, ut ab اچ *ak*, albus, اچه *akce*, albiusculus, & paulò albior, Pol. przybielszy / y bieluchny: ab اوجز *uğuz*, levis pretii, تاني اوجزجه *uğuzče*, leviusculi, aut paulò levioris pretii, تانيuchny / przytańszy. Sic يقينجه *iekynge*, propiusculus vel propiusculè, & paulò propior. Blizuchny / przybliższy / przybliżey / اراچه *irāčce* longiusculè, paulò magis remotus, vel remotè. Przydalešy: گوزجه *gūzčge*, pulchellus, & paulò pulchrior: گوزجه *giūzčwige*, pauculus, paululum, &c. Dicitur tamen etiam اراجك *iračik*, aliquanto distans, aut magis remotus: اچچك *alčiačik*, depressior, paulò depressior, & بوجك *būjūgek*, majusculus, & paulò major: کوچك *kūčiūgek*, parvulus, minusculus, paulò minor.

Ad intendendam autem significationem Adjectivorum utuntur particulis certis ad sonum quasi effectis, quas Adjectivo separatim præponunt, ut اپ اچوق *ap ačuk*, planè patens, detectus, aut clarus in coloribus: بك بياض *ben-bejās*, planè albus, totus albus, albissimus: گانگ وئیس / schneeweis: tutto bianco, bianco bianco: tout blanc: بيلوئینکي / کاپکارا *kapkara*, planè niger, totus niger, nigerrimus: گانگ schwarz / kohlschwarz: negro negro, tutto negro: tout noir: czarniśienki: & sic de cæteris, ut sunt اپ اکسن *apanšy*, planè improvisus, derepente: يم يشيل *jem jašil*, planè viridis: يام ياش *jam jaš*, planè madidus: بوز بتون *būz butūn*, planè integer, totissimus, caluśienki: بوز بيوك *būz būjūk*, planè magnus: قوپ قوري *kup kuru*, vel *kury*, planè siccus: قوپ قورمزي *kyp kurnyzy*, & قوپ قزل *kypkyzyl*, planè ruber: طوز طوغرو *doz doghru*, planè recta: proćius śienki / o.

¶ Arabibus Diminutiva sunt formæ نصير *nusajvün* in trilateris; in quadrilateris autem formæ كميطر *kumejtyrün*, ut ab عبد *abd*, servus, sis عبيد *ubejdün*, seu *ubejd*, servulus: à قمر *kamer*, luna, قمر *kumejr*, lunula: à ضارب *zarib*, verberans, ضرب *zurjeb*, lentè

lentè & perfunctoriè verberans : à جعفر *giæfer*, rivus, جعفر *giu-æjfer*, rivulus : ab عصفور *æsfür*, passer, عصيفير *üsajfir*, passerculus. Sed rarò hæc Turcis veniunt in ulum.

Persis Diminutiva fiunt additâ literâ ك *kef* præcedente *fethâ*, ut à پسر *pi*, vel پüfer, filius, پüferك *püferk*, filiulus; à مادر *māder*, mater, مادرك *māderk*, matercula, كنيز *keniz*, ancilla ære empta, كنيزك *kenizek*, ancillula.

Nomen locale اسم كثر *ismi kefret* dictum.

Localia, quibus significamus locum in quo continentur, aut inhabitant res, animalia, &c., aut multitudinem rerum alicubi existentium denotamus, fiunt ut plurimum apud Turcas addito لك *lik* vel لك *lyk*, ut à طوكنز *don-us*, porcus, fit طوكنرلك *don-uzlyk*, porcile, stabulum porcorum: طاوقلق *tawuklyk*, cavea gallinarum, ميشه لك *mīs lik*, quercetum: داغلق *daghlyk*, regio montibus plena, montana. اورمانلق *ormanlyk*, regio sylvis abundans, &c. اكندلك *akndlik*, theca ubi asservantur acūs: خلاللق *chylallyk*, vul. hylallyk, theca in qua asservantur dentiscalpia: طرقللق *taraklyk*, theca pectinaria.

¶ *Locale Arabibus est vel Collectivum, quod significat locum, in quo res copiose sunt & abundanter, estque formæ منصرة menseretun, ut مأسدة meesedetün, locus leonibus refertus, ab أسد esedün, leo: مبطحة mebtachetün, locus peponibus refertus, à بطيح بتيچhun, pepo: nec formari pot. st à nominibus quatuor literas radicales habentibus, ut sunt ضفدع zyfdæ, rana, ثعلب seleb, vulpes. Vel singulare significans locum, seu vas aut instrumentum, in quo quid reponitur aut asservatur vel asservari solet, estque ejusdem formæ cum verbali significante instrumentum actionis, i. e. منصار minsär vel منسر miser, aut منصرة minseretün, ut مقلم myklem, calamarium, à قلم kelem, calamus: مبول mibwel, urinarium, à بول bewl, urina: مشع misme-æ, vasculum in quo ponitur cera, à شمع semæ, cera: مئبر miber, & مئبره mibere, theca, in qua asservantur acūs, ab ابرة ibret, acus.*

Persis autem Locale Collectivum fit adjecto استان *istan*, vel زار *zär*, ut گلزار *gülzär*, locus ubi multæ rosæ, rosetum: علف زار *el-fzär*, locus pabulo abundans, pratum: گلستان *gulistan*, rosetum, rosarium, à گل *gül*, rosæ; & hinc Turcæ dicunt شهرستان *sebristan*, Urbs magna, q. multæ urbes in una. Singulare adjecto دان *dän*, ut بولدان *bcwyldän*, urinarium: قلدان *kalemdan*, calamarium: Dicitur & چراغ جا *ce*, vel *çiraghgiä*, candelæ locus, candelabrum: خواب جا *chäb giä*, somni locus, lectus.

CAPUT SEPTIMUM

De figura Nominum.

Nomen est simplex figurâ, vel compositum. Composita nomina vix ulla habent Turcæ & Arabes, nisi per additionem literarum aut particularum dictarum aut dicendarum; sed Turcæ adhibent Composita Persica, quæ quidem sunt plurima, ita ut dici possit, nullam illi in compositionibus & quidem elegantissimis ac ingeniosissimis esse parem linguam, si Germanicam excipias hujusmodi compositionibus affluentem. Pauca hinc tantum adferam, cætera te usus & Lexicon nostrum edocebunt.

Primò ex duobus Substantivis suis aut Arabicis faciunt unum compositum. Et si enim utramque vocem separatim scribant; eas tamen ad instar unius dictionis legunt, & significationem inferunt nominis Adjectivi, ut پری پیکر *perī pejker*, vel ملك منظر *melk menzer*, aspectu vel facie præditus Angelicâ, diceret Germanus Engelschön. Sic شهره جبین *shühre gebin*, q. frontis Veneræ, seu frontem habens instar Veneris planetæ splendidam: يوسف جمال *jüsuf gemäl*, pulchritudinis Josephi, seu pulchritudine Josephum Patriarcham (quem dicunt fuisse mortalium formosissimum) æquans: سرو قد *serw kedd*, staturæ cupressinæ, h. e. altæ, procerus ut cupressus: مار پا *mār pā*, serpentinos habens pedes, seu serpentis instar: آهو چشم *āhū çesm*, oculis cervinis præditus, i. e. blandis

blandis: عزت مآب *izzet me-âb*, q. quò se recipit magnificentia, magnificentiæ receptus, i. e. magnificus, gloriosus; & mille alia hujusmodi formant Composita, omnia Turcis usitatissima.

II. Adjectivum Substantivo alicui præpositum compositionem efficit, quæ pariter nobis per adjectivum reddi debet, ut شکسته دل *sikeste dil*, Turcicè فانش کوللو *fânîs gön-ülü*, fracti cordis, corde afflicto, dejectus. Sic تشنه دل *tesne dil*, sitibundi cordis, i. e. cupidus, avidus, خوب روی *chub rüj*, کوزل یوزلو *güzel jüzlü*, facie pulchrâ præditus, formosus, خوش خوی *choş chüj*, boni habitus, bonæ indolis. Sic فرال نیک *krâli nik fi-âl*, Rex bonarum actionum, probus: عالی شان *elîšan*, excelsæ dignitatis, celsissimus, &c. Postposita etiam adjectiva nonnulla inferunt eandem compositionem, ut سینه چاک *sine ciâk*, laceri pectoris, seu lacerum, fissum habens pectus, aut cor q. saucium, afflicto. Sic دل تابناک *dil tâbnâk*, cor habens inflammatum; sed rariora sunt hujusmodi composita.

III. Plurima fiunt composita ex nomine, & ei affixo aut etiam sejunctim apposito Participio verbi, sed quod sit simile Imperativo, ut اخواستن *châsten*, seu خواهیدن *châhîden*, velle, cupere, optare, fit Participium simile Imperativo, خواه *châh*, opta, & optans, cupiens, quod Participium voco Participium compositivum, & in Lexico illud sic noto, *Part. Comp.* Dicunt ergo, v. g. خیر خواه *chejr châh*, quod significat ایلک *eilik sanîji*, bona, bonum, bene volens, cupiens, optans alicui, benevolus. Sic دولت خواه *vel sæpius دولتخواه dewlet châh*, prosperitatem optans, addictus alicui: توفنک انداز *tüfenk endâz*, توفنک آتیجی *tüfenk atyji*, توفنکچی *tüfenkçi*, sclopeti explorator, aut jaculator, sclopetarius, ab انداختن *endâchten*, jaculari, &c. Sic جهان آفرین *gîhân âferin*, Creator mundi, ab آفریدن *âferiden*, creare, &c. Item ex aliis Participiis integris multa fiunt quoque hujusmodi composita, pec. ex passivo, seu præteriti temporis, v. g. جهان دیده *gîhân dide*, qui vidit mundum, in mundo rebusque mundi versatus: امور دیده *ümür dide*, qui negotia tractavit, in rebus agendis versatus, rerum peritus: کار آرموده *kâr âzmüde*, expertus, in opere rebusque versatus, rerum peritus: تابداد *tâbdâde*, cui datus est calor, aut subjecta est flamma, i. e. ardens, ignitus, &c.

Possessiva Pronomina separata apud Turcas sunt بنم *benüm*, meus, سنك *senün-*, tuus, انك *anün-*, suus, aut potius ejus. Pl. بزم *bizüm*, noster, سزك *sizün-*, vester, انلرك *anlarün-*, eorum. Quæ nihil aliud sunt, quàm Genitivi primitivorum personalium, ideoque præponuntur Substantivis, & per Adjectiva reddi possunt *meus, mea, meum*, meiner / meine / meines / mio, mia, mon, ma. Si autem absolute sint ponenda absque Substantivo, tunc solet addi كى *ki*, de quo supra fuit mentio, & dici بنمكى *benümki*, meus, der meine / il mio, le mien. سنكى *senün-ki*, tuus, der deine / il tuo, le tien. انكى *anün-ki*, ejus, suus, der seine / il suo, le sien. بزمكى *bizümki*, noster, der unsere / il nostro, le nostre, سزكى *sizünki*, vester, der eure / il vostro, le vostre. انلركى *anlarün-ki*, eorum, suus, der ihre, il loro, le leur. Et hæc declinantur ut nomina secundæ declinationis, ut بنمكى *benümki*, meus, der meine / بنمكىنك *benümki-nün-*, mei, desß meinen / بنمكىه *benümkije*, meo, dem meinen / بنمكىه *benümkiie*, meum den meinen / بنمكىدن *benümkidēn*, à meo, von dem meinen / بنمكىلر *benümkiler*, mei, die meine / بنمكىلرك *benümkilerün-*, meorum, der meine / &c. Si autem suus referatur ad verbum ejusdem personæ tunc dicitur گندونكى *gendünün-ki*, suus, der seine eigene.

Sunt

Sunt autem alia Pronomina possessiva Affixa, quæ nomini cuiusvis adjiciuntur inseparabiliter. Circa quod sciendum imprimis, non nisi à plebe adhiberi Possessiva illa superiora cum suo Substantivo immutato, & dici, *benüm baba*, pater meus, *senün-ana*, mater tua, *anün dede* ejus avus; modus enim hîc loquendi est nimis vulgaris, & cenferur omnino erroneus. Exigitur ergo præterea adjectio Affixorum, quæ sunt hæc: Pro prima persona *m*, pro secunda *k*, pro tertia *y* vel *si* in Singulari numero. In Plurali autem pro prima *müz*, pro secunda, *küz*, pro tertia *y* vel *si* vel *leriy*. *m* in nominibus vocali nostrâ terminatis valet tantum nostrum *m*, ut à *baba* *babam*, pater meus, mein Vater; in nominibus autem consonante terminatis valet *üm*, unde etiam, uti orthographia Turcica est undequaque liberrima, scribunt nonnulli *üm*, ut a *kitab* *kitabüm*, liber, *benüm kitabüm*, vel, ut nonnulli *kitabüm*, liber meus, mein Buch. Sic *k* post vocalem valet tantum *n*, ut ab eodem: *senün-baban-*, pater tuus, dein Vater; post consonantem *ün*, *senün-kitabün-*, liber tuus, dein Buch (quod & *kitabük* scribunt, ac nonnulli etiam *kitabik* q. *kitabın-*) *si* post vocalem, ut *anün-babasi*, pater ejus, sein Vater; post consonantem *y* tantum, *anün-kitabi*, ejus liber, sein Buch. Plur. *müz* post vocalem, *bizüm babamüz*, pater noster, unser Vater; post consonantem *ümüz*, *bizüm kitabümüz*, liber noster, unser Buch (scribitur & *kitabımız* ac *kitabımız*) *n-üz* post vocalem, *sizün-baban-üz*, pater vester, ewer Vater; post consonantem *ün-üz* *sizün-kitabün-üz*, vester liber, ewer Buch (scribunt nonnulli *kitabınız* & alii *kitabın-üz*) *si* & *si* & *si*, ut in Singulari, *anlerün-babasi*, eorum pater, ihr Vater; quod & optimè ac usitatissimè dicitur *babaleri*, eorum pater; etsi hoc posset etiam significare *patres ejus*, quod ex seniu facile percipitur. Sic ab *er*, vir, maritus, fit *benüm-erüm*, maritus meus, mein Mann; à *kery*, mulier, uxor, *benüm kerym*, uxor mea, mein Weib / & *senün-erün-*, tuus maritus, dein Mann / *senün-keryn*, uxor tua, dein Weib / *anün-eri*, ejus maritus, ihr Mann / *anün-kerysi*, ejus uxor, sein Weib / *bizüm erümüz*, noster vir, vel maritus, unser Mann; *bizüm karymüz*, nostra mulier, vel uxor, unser Weib; *sizün-erün-üz*, vester vir, ewer Mann / *sizün-karyn-üz*, vestra uxor, ewer Weib / *anlarün-eri*, earum maritus, ihr Mann / *anlarün-karysi*, eorum uxor, ihr Weib.

Quod autem modò dixi in plurali affigi *müz*, *n-üz*, &c. intellige de plurali possessoris, seu tunc quando sunt plures possessores, secus cum nomen rei possessæ est in plurali, tunc enim ipsum Plurale possessi affigit sibi seu suo *ler* illas particulas possessivas eodem modo quo suprâ, v. g. *benüm babalerüm*, mei patres, meine Väter. *benüm kitablerüm*, mei libri, meine Bücher. *erlerüm*, mei viri, meine Männer. *karylerüm*, meæ mulieres, meine Weiber. Sic *senün-babalerün-*, tui patres, *senün-kitablerün-*, tui libri, *erlerün-*, tui viri, *karylerün-*, tuæ mulieres; *anün-babaleri*, patres ejus, *anün-kitableri*, libri ejus, *anün-erleri*, viri ejus, *anün-karyleri*, mulieres aut uxores ejus, *bizüm babalerümüz*, nostri patres, *bizüm kitablerümüz*, libri nostri, *erlerümüz*, viri nostri, *karylerümüz*, uxores nostræ, *sizün-babalerün-üz*, patres vestri, *sizün-kitablerün-üz*, libri vestri, *erlerün-üz*, mariti vestri, *karylerün-üz* uxores vestræ, *anlarün-babaleri*, patres eorum, *anlarün-kitableri*, libri eorum, *anlarün-erleri*, mariti earum, *anlarün-karyleri*, uxores eorum.

Ubi observandum hæc affixa sufficere absque pronomibus ipsis *benüm*, *senün-*, &c. ad exprimendam illorum integram significationem, nam *babam* per se significat *pater meus*, *baban-*, pater tuus, *babasi*, pater ejus & suus; *babamüz*, pater noster, *baban-üz*, pater vester, *babaleri*, pater eorum, & ejus, & suus, sic *kitabüm*, liber meus, *erüm*, vir meus, *karym*, uxor mea, &c.

Scien-

Sciendum præterea, quòd illud affixum tertiæ personæ *ی* *ī* vel *سی* *sī*, quando præcedit genitivus substantivi alicujus, qui genitivus, ut infra doceretur, Germanorum & Hungarorum more semper præponi alteri substantivo debet, perpetuò affigitur substantivo regenti illud alterum in genitivo, & hoc in Turcicis quidem, non item in Arabicis aut Persicis, ut in syntaxi fusiùs declarabitur, v. g. *اغانك اتی* *aghanün-ati*, Domini equus: *داودك باباسی* *dāwudün-babasi*, Davidis pater, non *اتی اغانك* *ati aghanün-vel داودك باباسی* *babasi dawūdün-*, Immò verò, ut adhuc in declinationibus nominum innui, quando ille genitivus non est determinatus, aut id aliunde non omnino requirit sensus, potest etiam omitti terminatio genitivi præcedentis, ut *اغانی* *agha aty*, Domini equus, quod Gallus ferè diceret, *Vn cheval de seigneur*, & in superiore exemplo diceret, *le cheval du seigneur*, sic dicimus *نجه ولایتی* *nemçe wilajeti*, Regio, aut Provincia Germaniæ, *il paese di Germania*, *le pays d'Allemagne*, illud enim affixum ex se fatis indicare videtur in genitivo esse substantivum præcedens.

Hæc autem omnia cum suis affixis declinantur, & quidem primæ & secundæ personæ regulariter; tertiæ autem personæ accidit nonnihil anomalæ. Quare sint:

Exempla declinationis hujusmodi nominum possessivorum seu affixo pronomine affectorum.

Sing.	à بابا <i>baba</i> , pater.	ab اوغل <i>oghul</i> , filius.
Nom.	بنم بابام <i>benüm babam</i> , pater meus	اوغلم <i>oghlum</i> , filius meus
Gen.	بنم بابامك <i>benüm babamün-</i> , patris mei	اوغلك <i>oghlumün-</i> , filii mei
Dat.	بنم بابامه <i>benüm babame</i> , patri meo	اوغله <i>oghleme</i> , filio meo
Acc.	بنم بابامی <i>benüm babami</i> , patrem meum	اوغلومی <i>oghлуми</i> , filium meum
Abl.	بنم بابامدن <i>benüm babamden</i> , à patre meo	اوغلومدن <i>oghлумден</i> , à filio meo
Plur.		
Nom.	بابالرم <i>babalerüm</i> , patres mei	اوغللرم <i>oghullerüm</i> , filii mei
Gen.	بابالرمك <i>babalerümün-</i> , patrum meorum	اوغللرمك <i>oghullerümün-</i> , filiorum meorum
Dat.	بابالرمه <i>babalerüme</i> , patribus meis	اوغللرمه <i>oghullerüme</i> , filiis meis
Acc.	بابالرمی <i>babalerümi</i> , patres meos	اوغللرمی <i>oghullerümi</i> , filios meos
Abl.	بابالرمدن <i>babalerümden</i> , à patribus meis	اوغللرمدن <i>oghullerümden</i> , à filiis meis

Sic declinantur regulariter possessiva secundæ personæ utriusque numeri, & primæ pluralis, *سنگ باباك* *senün baban-*, pater tuus, *اوغلك* *oghün*, filius tuus, *باباكك* *baban-ün-*, patris tui, *اوغلكك* *oghün-un-*, filii tui, *باباكه* *baban-e*, patri tuo, *اوغلكه* *oghün-e*, filio tuo, &c. & in Plur. *بابالرك* *babalerün-*, patres tui, *اوغللك* *oghullerün-*, filii tui, *بابالركك* *babalerün-ün*, patrum tuorum, *اوغللكك* *oghullerün-ün*, filiorum tuorum, &c.

Tertiæ autem personæ possessiva sic declinantur

Nom.	باباسی <i>babasi</i> , pater ejus, vel suus	اوغلی <i>oghly</i> , filius ejus, vel suus
Gen.	باباسینك <i>babasiün-</i> , patris ejus, vel suus	اوغلینك <i>oghlyün-</i> , filii ejus
Dat.	باباسینه <i>babasi-ne</i> , patri ejus, vel suo (sui)	اوغلینه <i>oghly-ne</i> , filio ejus
Acc.	باباسینی <i>babasi-ni</i> , vel <i>باباسین</i> <i>babasi-n</i> , (patrem ejus, vel suum)	اوغلینی <i>oghly-ni</i> , vel <i>اوغلین</i> <i>oghlyn</i> , (filium ejus)
Abl.	باباسندن <i>babasi-nden</i> , à patre ejus vel suo	اوغلیندن <i>oghly-nden</i> , à filio ejus, vel suo
Plur.		
Nom.	بابالری <i>babalery</i> , patres ejus, & pater eorum	اوغللری <i>oghullery</i> , filii sui, ejus, eorum
Gen.	بابالرینك <i>babaleryün-</i> , patrum eorum	اوغللرینك <i>oghulleryün-</i> , filiorum ejus
Dat.	بابالرینه <i>babalery-ne</i> , patribus ejus, eorum	اوغللرینه <i>oghullery-ne</i> , filiis suis, ejus
Acc.	بابالرینی <i>babalery-ni</i> , patres suos, ejus, eorum	اوغللرینی <i>oghullery-ni</i> , filios suos, ejus
Abl.	بابالریندن <i>babalery-nden</i> , à patrib. suis, eorum	اوغللریندن <i>oghullery-nden</i> , à filiis suis, eorum

Ideo autem legitur in Plurali *oghullar*, filii mei, & in themate *اوغل* *oghul* filius, quia, ut superius dixi nunquam in fine habent syllabam binis consonantibus durioribus terminatam. Dicunt autem *اوغلم* *oghüm*, filius meus, quia prima syllaba terminatur *تو* *ghajm*, & secunda incipit à *ل* *lam*, *اوغ* *ogh*, *لم* *lüm*, *اوغلم* *oghüm*, filius meus, & sic in aliis.

H

Scri-

ra, aut ع vocali destitutum, mutari \rightarrow *Zemnam Affixorum tertie personæ in* *keřam*, ut *عبدہ* *âbdihî*, servi, vel servo ejus, *عبدہما* *âbdihimâ*, servi, vel servo eorum, vel earum duarum, *عبدہم* *âbdihim*, servi, vel servo eorum plurium, *عبدہن* *âbdihinne*, servi, vo earum plurium. Sic cum particulis *فیدہ* *fihî*, in eo, *الیہ* *ilejhi*, ad eum, *علیہ* *âlejhi*, super eo; cum Affixo autem primæ personæ dicitur *الی* *ilejje*, ad me, *علی* *âlejje*, versus ع contra me, propter rationes supradictas. Aliàs dicitur *لی* *li*, mihi, propter me.

Persis pariter nulla sunt Pronomina possessiva separata, sed vel ipsa primitiva postponunt nomini rei possessæ, constructione substantivi cum substantivo, ut *پدرمن* *pederî men*, pater meus, *مادر تو* *mâderî tû*, mater tua, *پسر او* *püserî o*, filius, puerulus ejus, *پدر ما* *pederî mâ*, pater noster, *پدر شما* *pederî şumâ*, pater vester, *پدر ایشان* *pederî işân*, pater illorum, ع in Pl. *پسران من* *püserânî men*, filii, pueruli mei, *پسران تو* *püserânî tû*, pueruli tui, &c. Sic pro reciproco in omnibus personis postponunt tantum *خود* *chod*, ipse, ut *پسر خود* *püserî chod*, filius meus, tuus, suus, noster, vester, suus de pluribus, mein eigener Sohn / meus ipsius filius, &c. In quo eodem sensu usurpatur etiam *خویش* *chjş*, ipse, &c. Vel utuntur Affixis pro prima nempe persona *م* *em*, ut *پدرم* *pederem*, pater meus, pro secunda *ت* *et*, ut *پدرت* *pederet*, pater tuus, pro tertia *ش* *es*, ut *پدرش* *pederes*, pater ejus, *شاگردانش* *şâgirdânesh*, discipuli ejus.

.....

GRAMMATICÆ TURCICÆ

PARS QUARTA

De Verbo.

PRO themate, seu radice Verbi statuemus Infinitivum, licet Imperativus constet omnium paucissimis literis, adeoque possint ab illo facilius formari tempora, &c. Sed malumus in hoc imitari Latinos, aut certè de radice non disputare. Quod enim Nostrates ponunt pro themate Arabicorum, nempe tertiam præteriti personam singularem, Arabes ipsi ac Turcæ tam in Lexicis, quàm Grammaticis ponunt Infinitivum, seu nomen verbale actionis, quod vocant *مصدر* *mestâr*, q. scaturiginem, unde oriuntur tempora Verbi, sicque dividunt capita conjugationum derivatarum, ac dicunt, v. g. *باب تعجيل* *bâbi tef-jîl*, *باب مفاعله* *bâbi müfâ-âle*, pro secunda & tertia conjugatione. Non nego tamen commodius poni pro radice Arabicorum dictam tertiam præteriti, nec ipse à methodo nostrorum in Arabicis discedam, sed Turcica ad normam Latinorum tractemus.

In Verbo considerari solent, genus, species, figura, modus, tempus, persona, numerus, & conjugatio.

CAPUT PRIMUM

De genere, specie & figura Verborum.

Verborum genera sunt apud Turcas Activum & Passivum; Neutrum enim significatione, & Neutro-passivum formâ nihil differunt ab Activis, formantque ex se pariter Passiva saltem in tertiis personis, ut in Latinis nonnunquam contingit. Sed ab uno Activo aut Neutro fiunt alia Activa secunda, seu transitiva in secundum, ut à *سومك* *sewmek*, amare, fit *سودر مک* *sewdürmek*, facere amare, i. e. facere, ut quis amet, quod etiam suum habet passivum, uti omnia alia Verba. Rursus fiunt Verba quædam cooperativa, seu mutuæ ac reciproçæ actionis, quæ aliàs sæpe voco *Reciprocata*, ut ab eodem *سومك* *sewmek*, amare, fit *سوشمك* *sewîsmek*, amare se mutuò, seu reciprocè, unum alterum. Item alia etiam quodammodo reciproca, sed quorum actio personam agentis non egreditur, ut ab *اوگك* *ögmek*, laudare, fit *اوگنمك* *ögünmek*, laudare se, vel semet-

ipsum; & quia hujusmodi Verba Italis & Gallis dicuntur Reciproca, quæ nimirum *si*, vel *se* habent sibi semper adjuncta: nobis quoque liceat ea Reciproca Personalia, aut Deponentia vocare (habent enim terminationem quodammodo passivam) Et hæc duo Reciprocatum, & Reciprocum seu Deponens generant quoque passiva, & transitiva in secundum. Dicitur enim *سوشدلك* *sewisilmek*, amari mutuò, dari amorem mutuum, & *سوشد* *sewistürmek*, facere se amare mutuò, facere, ut se coament. Sic *اوگند* *ogündürmek*, facere, ut se quis laudet, aut jaçtet, *كیندرمك* *geindürmek*, facere, ut quis se vestiãt, *سوشد* *sewistürmek*, &c. Præterea hæc omnia & singula, immò quotquot sunt in tota lingua Turcica Verba habent sua Negativa, ut *سولمك* *sewmemek*, non amare, *سولمك* *sewilmemek*, non amari, *سولدرمك* *sewdürmemek*, non facere amare, &c. Et tandem ab his Negativis fiunt verba potentialia Negativa seu Impossibilia (potentialia enim affirmativa non habent separata, ut Hungari) Sic à *سولمك* *sewmemek*, non amare, fit *سولمك* *sewememek*, non posse amare, & *سولدمك* *sewilememek*, non posse amari, Doctiores tamen sæpe scribunt *سولمك* *sewimemek*, pro *sewememek*, non posse amare. Ex quibus potest confici hæc tabula.

Tabula verborum derivativorum Turcicorum.

1. Activum *سولمك* *sewmeck*, amare.
Cujus Negativum *سولمك* *sewmemek*, non amare; Impossibile *سولدمك* *sewilememek*, non posse amare.
2. Passivum *سولمك* *sewilmek*, amari.
Cujus Negativum *سولمك* *sewilmemek*, non amari; Impossibile *سولدمك* *sewilememek*, non posse amari: unde etiam oritur Transitivum *سولدرمك* *sewildürmek*, facere amari, facere ut quis ametur.
3. Transitivum in secundum *سولدرمك* *sewdürmek*, facere amare, facere ut quis amet.
Cujus Negativum est *سولدرمك* *sewdürmemek*, non facere amare, Impossibile *سولدرمك* *sewdürilememek*, non posse facere amare, non posse facere ut quis amet. Ex hoc etiam fit passivum *سولدرمك* *sewdürilmek*, effici, ut quis amet; & hoc pariter habet suum Negativum *سولدرمك* *sewdürilmemek*, non effici ut quis amet, & Impossibile, *سولدرمك* *sewdürilememek*, non posse fieri ut quis amet. Rara tamen sunt hujusmodi secundaria derivatorum derivativa.
4. Reciprocatum aut cooperativum *سوشدلك* *sewisilmek*, amare se invicem, aut mutuò.
Cujus Negativum *سوشدمك* *sewisimemek*, Impossibile *سوشدمك* *sewisememek*, non posse mutuò se amare, & ab hoc fit passivum *سوشدلك* *sewisilmek*, amari mutuò, cum suo Negativo & Impossibili. Rursus fit Transitivum *سوشد* *sewistürmek*, facere se mutuò amare, seu ut se mutuò ament, & hoc habet suum Negativum *سوشد* *sewistürmemek*, ac Impossibile *سوشدمك* *sewistürmemek*, & præterea Passivum *سوشدلك* *sewistürilmek*, cum suo pariter Negativo & Impossibili.
5. Reciprocum seu Deponens *سولمك* *sewinmek*, amare se ipsum.
Cujus Negativum *سولمك* *sewinmemek*, non amare se ipsum, Impossibile *سولدمك* *sewinmemek*, non posse amare se ipsum, & ab hoc fit Passivum *سولمك* *sewinilmek*, q. dari amorem sui, sed rarum. At frequens est Transitivum *سولدرمك* *sewindürmek*, facere amare se ipsum, seu ut quis se ipsum amet, à quo pariter alia derivativa ut in precedenti.

Non tamen hæc derivativa omnia à verbo quolibet derivantur; ut in hac tabella *سولمك* *sewinmek* admodum rarò sumitur in illa significatione, amare se, quin etiam potius significat gaudere, letari. Sic non dicitur *كيشمك* *geismek*, vestire se invicem, in quo usum consule.

Quædam etiam Neutra, & alia Activa Passivum in *نك* *inmek* habentia, non faciunt illa reciproca personalia seu deponentia. Nam non dicitur, v. g. *كيدنك* *gidinmek*; sed bene fit passivum impersonale *كيدلك* *gidilmek*, iri, itur, ibatur, &c. ut in Latinis. Sic *ايتدك* *itmek*, facere, non habet ferè nisi Transitivum *ايتدرمك* *ittürmek*, jubere fieri, *سولمك* *sewimemek*, non posse amare, &c.

fare, & rariùs ايدشمك *idismek*, facere inter se vel invicem. Pro passivo, quo caret, dicitur اولنمق *olunmak*, fieri; & licet ايدنمك *idinmek* formam habeat Reciproci, est tamen potius Activum & significat *efficere, creare*; اولمق *olmak* quoque *esse*, ut verbum substantivum non habet præter negativa, nam اولنمق *olunmak*, ut dixi, significat *fieri*.

Quomodo autem formentur dicta Derivativa à suo Primitivo, post conjugationem Verborum edocebo.

Præter hæc Derivativa à Verbo Primario habent etiam nonnulla à Nomine derivata in لمك *lemek* Activo-neutra, aut لنمك *lenmek* Neutro-passiva, ut à كمنج *gige*, nox, كمنج *gigelemek*, pernoctare, ab ات *at*, equus, اتلنمق *atlanmak*, equitare, equum conscendere, ab ار *ar* vel اير *ir*, cantio, cantus, ارلمق *arlamak* vel ارلامق *arlamak*, cantare. Sic à كومش *kümis*, argentum, كومشلمك *kümislemek*, deargentare, ab التون *altun*, aurum, التونلنمق *altunlamak*, quod & بالدزلق *ialdızlamak*, deaurare, à قورشن *kürşün*, plumbum, قورشنلنمق *kürşünlamak*, plumbare, à شبه *şübbe*, dubium, شبهلنمق *şühbelenmek*, dubitare, suspicari, à موم *mum*, cera, موملنمق *mumlamak*, incerare, ab اير *ejer*, ephippium, ايرلنمق *ejerlemek*, ephippio ornare, insternere, q. ephippiare, à باش *baş*, caput, initium, باشلنمق *başlamak*, incipere, à مهر *mühür*, sigillum, مهرلنمق *mühürlemek*, sigillo munire, obsignare, à قوجق *kuçuk*, gremium, ulna, قوجقلنمق *kuçuklamak*, in gremio fovere, amplecti.

Inchoativa nostra latina reddunt aliquando per اولمق *olmak*, ut اخشام اوليور *achşam olyür*, advesperascit, sic اوليور *olyür*, incipit esse aut fieri, & maturescit, si v. a. *facendo*, à *maturando*, aut per propria à nomine derivata, ut ab اختيار *yçhtyjär*, senex, اختيارلنمق *yçhtyjärlänmek*, senescere, à زنگين *zengin*, dives, زنگينلنمق *zenginlänmek*, ditescere. Aliàs circumscribunt ea per باشلنمق *başlamak* incipere, cum dativo Infinitivi, ut استمغه باشليور *ıstıymagha başlajür*, vel *usit.* باشلدي *başladı*, calescit, seu calere cœpit, &c.

Frequentativa etiam circumscribunt per كلك *gelmek*, venire & solere, præposito verbi gerundio in ي *i* vel ا *a*, ut اولي كلك *oly vel ola gelmek* solere, solitum esse, consuescere; aliàs nonnunquam per præsentia in يوم *jürüm*, aut يورجورم *jürüjürüm*, ut يورجورم *urijürüm*, pulso. Dicunt etiam واروب كلك *warüp gelmek*, frequentare, q. ire & venire.

Meditativa variè circumscribunt, v. g. قرنم لچدر *karnüm actür*, vel لچددي *karnüm ağıkty*, vel simpliciter لچ ايم *acim*, vel اشتهاهم واردر *ıstihäm wärdür*, aut, ut vulgus اشتهاهم واردر *ıstihäm wärdür*, esurio, q. venter meus est famelicus, appetitum habeo, &c. صوسدم *susadüm*, صوسرايم *susrazim*, sitio, وار *ujukum war*, dormituro, es schläffert mich / *Hö sonno*, i'ay sommeil, spácmi sie chee. Aliquando per futurum verbi, ut واردر *ısegegüm war dür*, vel *usit.* ایشچكم كلك *ısegegüm geldy*, mincturio, *Gall.* i'ay enuie ou besoin de pisser. Aliàs sæpe id reddunt per استر *ıster*, *seu de verbo ad verbum*, cor meum cupit hoc aut illud facere, *Hö voglia*, mi vien voglia di. *Gal.* l'ay envie de. *Pol.* Chce mi sie / albo záchciało mi sie to a to czynić / *re.*

Adde multa auxiliaria, quibus utuntur ad supplenda aut formanda tempora, ut est præcipuè verbum substantivum, cujus infra conjugationem habebis, vel certè ad utendum nominibus actionum seu Infinitivis Arabicis, ut sunt ايتمك *itmek*, ايلك *ejlemek*, قلك *kylmak*, facere, præstare, & civiliùs ad Superiores loquendo in eadem tamen significatione, رعايت ايتمك ايلك قلك بيورمق *ry-âjet itmek, ejlemek, kylmak, bujurmak*, observare, honorare, q. honorationem præstare, sic تشريف بيورك *teşrif bujürün*, honorate, condecorate, nobilitate, beate, q. condecorationem præstare, quod sæpe etiam significat Visitate me, si *compiaccia di*, &c. Horum autem passivum ut plurimum est اولنمق *olunmak*, قلىنمق *kylynmak*, بيورلنمق *bujurylmak*, fieri, aut si nomina sunt adjectiva, aut certè participia, quibus hæc verba adduntur, passivum erit اولمق *olmak*, ut حاضر ايتمك *hâzyr itmek*, parare seu paratum reddere, *Pass.* حاضر اولمق *hâzyr olmak*, parari, paratum esse & fieri. Et quidem sæpe tertia persona passivi usitatissimè ponitur loco cujusvis personæ activi, præsertim in libris & Literis, ut سوال اولنورسه *süal olunurşa*, si quærat, si fiat interrogatio, *pro* si tu, vel, ut loquimur, Dominatio tua Illustrissima quærat aut interroget, &c.

Alia auxiliaria sunt اولاق *olmak*, esse, & fieri, quod addunt Participiis Arabicis, ut صادر اولاق *sādyr olmak*, q. esse procedentem, prodeuntem, i. e. prodire, emanare, idem quod صدور اولاق *sudūr bulmak*, q. facere emanationem, emanare, prodire. Sic ظاهر اولاق *zāhyr olmak*, ظهور ایتیمک *zuhūr itmek*, prodire, patefieri, ostendi, بولاق *bulmak*, invenire, گلمک *gelmek*, venire, ut وجود بولاق *wügiüd bulmak*, q. existentiam invenire, & وجوده گلمک *wügiüde gelmek*, prodire in lucem, existere, q. ad existentiam venire. گۆسترمک *göstermek*, ostendere, commonstrare, ut التفتات کؤسترمک *iltifat göstermek*, i. q. التفتات ایتیمک *iltifat etmek*, æstimare, q. facere aut ostendere æstimationem, far stima, mostrar stima, far dimostrazione distima. يک *jemek*, comedere, vorare, ut غم يک *ghem yemek*, mærorem comedere, pro pati. Sic طبانجه يک *tabangia yemek*, alapam accipere, pati, & hoc tantum in similibus ictibus; alias dicitur چکک *cekmek*, pati. ایتیمک *icmek*, bibere, est etiam auxiliare in اند ایتیمک *and icmek*, jurare, q. juramentum bibere aut deglutire, ut è contrà اند ویرمک *and wirmek*, adjurare, scongiurare, q. juramentum dare, offerre, h. e. sub juramento aliquem obligare ad aliquid. Rursum گۆرمک *görmek*, videre, pro præstare, agere ac recipere, ut رعایت کورمک *ry-âjet görmek*, recipere honorem, honore affici, q. esset passivum گۆسترمک *göstermek*. Sic ایلک *eilik görmek*, beneficium accipere; alias ایش کورمک *is görmek*, rem agere, tractare, & opus perficere. بلمک *bilmek* autem, scire, pro posse, ویرمک *wirmek*, dare, porrigere, & يور يک *jürimek*, incedere, quomodo auxiliatur significationi Verborum, explicabitur in Conjugationibus.

Verbis compositis carent Turcæ, nisi, quæ hucusque specificavimus, composita vocare velis, quod liberum tibi relinquo.

¶ Verbum Arabicis dicitur فعل *fi-l*, q. actio, partium orationis prima; volunt enim Nomina à Verbo derivari, & non è contra, ideoque ponunt pro radice omnium vocum tertiam personam singularem masculinam præteriti temporis, tanquam primam Verbi vocem, & in qua sola sunt literæ radicales. Radix autem dicitur اصل *asyl*, & literæ eam componentes dicuntur اصلیّه *aslyje*, radicales, quibus quæ adjiciuntur ad formationem aliorum verborum aut temporum, vocantur Serviles aut Accidentales.

Cum autem Radix seu tertia præteriti singularis masculina, paucioribus quàm tribus, ut in نصر *nasere*, adjuvit, مد *medde*, extendit, & pluribus quàm quatuor, ut in دحرج *daherje*, volvit, غرغر *gharghere*, fefellit, nequeat constare literis, primum vocatur ثلاثی *sülasi*, trilaterum; alterum رباعی *rubā-y*, quadrilaterum.

Ex illa autem radice Verbi unius trilateri pullulant rami, seu Verba derivativa certis literis characteristicis affecta, quæ in tres classes dividi possunt, quarum prima continet formata à radice adjectione unius, secunda duarum, tertia trium literarum; & has species Verborum derivativorum vocant Erpenius, Golius, Castellus aliique Conjugationes, ita ut Verbi trilateri simplicis omnique caractere destituti radix dicatur illis prima Conjugatio, quæ sequuntur secunda, tertia, &c. derivativorum, hoc ordine, 1. فعل *fe-â-le*, 2. فعل *fe-â-le*, 3. فاعل *fâ-â-le*, 4. افعل *ef-â-le*, 5. تفعل *tefa-â-le*, 6. تفاعل *tefa-â-le*, 7. انفعال *infe-â-le*, 8. افعال *ifte-â-le*, 9. افعال *if-â-le*, 10. استفعال *istef-â-le*, 11. افعال *if-â-le*, 12. افعول *if-âw-â-le*, 13. افعول *if-âw-â-le*.

Ex horum singulis possunt educi aut formari Passiva, unde Verbum genere & terminatione dividitur in Activum & Passivum, quamvis Verba dentur, quæ sub terminatione activa significationem habeant passivam, ut infra videbitur.

In prima ergo Conjugatione, seu primitiva specie, Verba significationem habent simplicem & activam, quam à prima sua origine possident, eamque transitivam, ut كتب *ketebe*, scripsit, vel intransitivam, ut حزن *hezine*, tristatus est; in reliquis verò intentam, seu auctam, vel alio modo mutatam; etsi & in plerisque earum primitivam significationem obtinere possint, maxime ea, quæ in prima Conjugatione sunt inusitata.

Secunda autem فعل *fe-â-le*, & quarta افعل *ef-â-le* ex absolutis formant transitiva, ut حزن *hezene*, & احزن *ahzene*, contristavit; ex transitivis transitiva in secundum, ut à ضرب *zerebe*, verberavit, ضرب *zerrebe*, & اضرب *ezrebe*, verberare fecit, seu fecit ut verberetur. Respondentque hæc duo Transitive Turcicis supra explicatis, ut à دوک *dögmek*, verberare, دوکدورمک *dögdürmek*, facere verberare.

Tertia

Tertia Conjugatio, seu species فاعل *fā-āle*, & plerumque sexta تفاعل *tefā-āle*, respondent species Turcicorum derivativorum, quæ Reciprocata vocamus, significantque cooperationem & mutuam actionem, ut لاعبوا *lā-ābū*, & تالعبوا *telā-ābū*, Turc. اويناشديلر *ojnāstiler*, colluserunt.

Quinta تفعل *tefe-āle*, septima انفعّل *infe-āle*, & octava افعل *ifte-āle* formant absoluta & passiva: quinta quidem & septima à secunda, ut علمت *ālemtūhu we hüwe te-āleme*, docui eum, & ipse doctus fuit, seu didicit, كسرت الإناء فانكسر *kessertül ināe senkesere*, fregi vas & fractum est, id est, sivit se frangi nec restitit mex actioni; octava verò à prima, ut قصرت ذلك فاقصر *kasertü zālike fektasere*, abbreviavi hoc & abbreviatum est.

Nona افعل *if-āle*, & undecima افعل *if-āle* formant absoluta colorum cum intensione, mediocri quidem prior, vehementiori verò posterior ut اصفر *ysferre*, valde flavus fuit, اصفرار *ysfarre*, multò flavissimus fuit: & deformitatum verba, ut اضجتم *ysgiamme*, ore distorto fuit.

Decima استفعل *istef-āle* petitionem designat, ut استغفر *isteghfere*, veniam delicti petiit, & غفر *ghafere*, remisit, استطعم *istat-ēme*, cibum petiit, clurivit, & طعم *ta-ēme*, edit, gustavit, & hæc sæpe respondent nostris Meditativis.

Due ultima, quæ rarissima sunt, significationem intendunt, ut اخشوشن *ychšewš-ne*, valde asper fuit, & خشن *chšüne*, asper fuit, اعلوط *y-lewwata*, fortiter adhæsit, ab علط *ēlete*, adhæsit.

Non raro tamen conjugationes derivativæ, maximè quarta, quinta, octava, & decima aliter accipiuntur, quod usu discendum, & ex dictionariis: sicut & in quibus conjugationibus quodque verbum usitatum sit: non enim qualibet radix in qualibet conjugatione occurrit. Multa, ut apud Hebræos, in una solùm conjugatione usurpantur; multa in pluribus; nulla in omnibus.

Quadrilitera autem verba quatuor solùm agnoscunt conjugationes, quarum prima prima, secunda quinta, tertia septima, quarta nona trilaterorum respondet, suntque 1. فعلل *fe-lele*, 2. تفعلل *tefe-lele*, 3. افعلل *if-ālele*, 4. افعلل *if-ālele*, ut درج *derbahā*, inclinavit caput, ترهوك *terehweke*, superbivit, اهرجم *yhregeme*, tumultuatus fuit, اقشعر *yksē-erre*, horripilavit.

Malim ego quoque cum Erpenio & nonnullis Arabum Grammaticis ad tertiam افعلل *if-ālele* reducere افعسس *if-ēnsē*, pectus egrediens habuit, اسلنقى *islenkā*, pronus cubuit, quàm cum aliis eorum causâ particulares trilaterorum constituere conjugationes.

Verba Persis à genere sunt Transitiva seu Activa, ut دیدن *diden*, videre, vel Intransitiva seu neutra, ut مردن *mürden*, mori, vel Passiva, ut کردیدن *kerdiden*, fieri, شدن *suden*, fieri, esse, vel Communia id est Activa simul & Passiva, ut خستن *chasten*, vulnerare & vulnerari, آمدن *āmāden vel amūden*, parare & parari, کشادن *kūsāden*, aperire & aperiiri, نمودن *nūmūden*, ostendere & apparere, آموختن *āmūchten*, docere & discere, آمیختن *āmīchten*, miscere & misceri, &c. Eodem tamen modo in utraque significatione conjugantur.

Derivativa habent multa & varia. Ab Imperativo fiunt multa Infinitivum facientia in یدن *iden* ejusdem significationis cum primitivis, ut ab آمیختن *āmīchten*, miscere, Imperat. آمیز *āmiz*, misce, fit آمیزیدن *āmiziden*, miscere. Sic ab آموختن *āmūchten*, discere vel docere, Imper. آموز *āmūz*, discere, آموزیدن *āmūziden*, discere vel docere, à گستن *gesten*, saltare, جه *geh*, salta, جهیدن *gehiden*, saltare, ab آمدن *āmeden*, venire, آي *āj*, veni, آیدن *ājiden*, venire, & alia, quæ adfert Ludovicus de Dieu in suis Rudimentis linguæ Turcicæ. Sed ego potiùs dicerem, Verba hæc & hujusmodi esse duplicis terminationis idem significantia; immò illa prima potiùs carere Imperativo, seu, ut vult *idem de Dieu*, Aoristo proprio, adeoque eum mutuari à Verbo secundæ terminationis, quod *de Dieu* vocat Derivativum. Sic etiam me docet سودي *Sūdi* exactissimus linguæ Persicæ Grammaticus & Commentator præcipuorum ejusdem Linguæ librorum, qui, v. g. abstractum آسایش *āsājis*, quies, seu ipsum quiescere, derivari vult & docet, non ab آسودن *āsūden*, quiescere, ut شمعي *šem-y* Commentarius & ipse librorum Persicorum; alique nonnulli, & præcitatus *de Dieu* docent, sed ab آسایدن *āsājiden*, quiescere,

fcere, Verbo secundæ terminationis minimè, ut patet, derivativo. Quod mihi magis confirmat exemplo داری *dārī*, habes, tenes, quod non à داشتن *dāsten*, habere, ut supradicti volunt, sed à دارند *dārīden*, habere, derivari asserit.

Ab his autem Verbis, seu Infinitivis eorum in یدن *īden* desinentibus derivantur alia in آیدن *āīden* desinentia. Arque hæc, si ex intransitivis deriventur, sunt transitiva; si à transitivis, fiunt dupliciter transitiva, seu transitiva in secundum, nostris Turcicis transitivis respondentia, ut à تابیدن *tābīden*, splendere, تابانیدن *tābānīden*, facere splendere, à چریدن *čerīden*, pasci, چرانیدن *čerānīden*, pascere, à جنبیدن *gīūnbīden*, moveri, جنبانیدن *gīūnbānīden*, movere, ab افتیدن *ūftīden*, vel *ūftīden*, افتادن *ūftāden*, cadere, افتانیدن *ūftānīden*, facere cadere, prosternere, آموزیدن *āmūzīden*, discere, آموزانیدن *āmūzānīden*, docere, آیدن *āīden*, venire, آیدانیدن *āīdānīden*, facere venire. Sic à پوشیدن *pūšīden*, induere, پوشانیدن *pūšānīden*, facere induere, چشیدن *česīden*, gustare, چشانیدن *česānīden*, gustandum dare, quod diceret Turca *tatmak*, gustare, طاتردمک *tattūrmak*, gustandum dare.

Habent præterea, ut Turcæ, multa Verba auxiliaria actionibus servientia, ut Verbum substantivum بودن *būden*, esse, de quo infra, کردن *kerden*, facere, & civilius فرمودن *fermūden*, imperare, facere, آوردن *āwerden*, adferre, portare, ut etiam in Turcicis کتورمک *ketūrmak*, ut یاد آوردن *yād āwerden*, recordari, داشتن *dāsten*, habere, pro Turcico *tutmak*, ut دوست داشتن *dost dāsten*, amare, seu pro amico habere, ut Turcis دوست *dost tutmak*, Idem. ساختن *sāchten*, facere, ut روشن ساختن *rūšen sāchten*, illuminare, clarum aut luminosum reddere, خوردن *chorden*, edere, & pati, ut بازی خوردن *bāzī chorden*, fallere, غم خوردن *ghem chorden*, mœrore affici, تیمار خوردن *tīmār chorden*, curare, برهم خوردن *berhem chorden*, expavescere, سوگند خوردن *sewkend chorden*, jurare, حیف خوردن *həjf chorden*, indignari, injustitiam pati. Hinc & Participia سال خورده *sāl chorde*, q. qui multos devoravit annos, annosus, تاب خورده *tāb chorde*, dolore affectus. زدن *zeden*, verberare, pro Turc. چالمک *čialmak*, ut بانک زدن *bānk zeden*, vocem edere, clamare, جاروب زدن *gīārūb zeden*, verrere, حرف زدن *herf zeden*, loqui. بردن *būrden*, ferre, ut حسد بردن *hased būrden*, invidere, Gall. porter envie, envier, اعتقاد بردن *ətikād būrden*, fidem præstare, credere, فرمان بردن *fermān būrden*, obedire, q. ferre & exequi imperium. نمودن *nūmūden*, ostendere, ut التفات نمودن *iltifāt nūmūden*, æstimationem commonstrare, ut Turc. التفات کوسترمک *iltifāt gōstermek*.

Alia auxiliaria passionibus servientia sunt شدن *sūden*, fieri, respondens Turcico اولمک *olmak*, fieri & esse, quod Passivum format subjunctum participio præterito aut passivo cujusque verbi Activi, ut خوانده شدن *chānde vel chūnde sūden*, legi; aut nomini Adjectivo, ut شرمسار شدن *šermesār sūden*, pudescere, زمین بخش شد *zemīn bachš sūd*, terra divisa est, quasi facta est divisio, sic کردیدن *gerdīden*, fieri, ut پرکردیدند *pūr gerdīdend*, impleti sunt غمناک کردید *ghamnāk gerdīd*, contristatus est, seu factus est tristis, تا شناخته کرد *tā šināchte gerded*, ut agnosceretur. Item کشتن *gēsten*, fieri, ut نمودار کشتن *nūmūdār gēsten*, manifestari, مدهوش کشتن *medhūs gēsten*, percelli, پوشیده کشتن *pūšīde gēsten*, obtegi, obvelari, ناپدید کشتن *nāpodīd gēsten*, disparere. یافتن *jāften*, invenire, ut قرار یافتن *karār jāften*, consistentiam invenire, confirmari, stabiliri, statui, concludi, planè ut Turcicum قرار بولمک *karār bulmak*. Sic پرورش یافتن *perwerīs jāften*, educationem invenire, educari. قرار گرفتن *karār girīften*, capere, ut قرار گرفتن *karār girīften*, i. q. قرار یافتن *karār jāften*, aut Turc. قرار بولمک *karār tutmak*, stabiliri, confirmari. آمدن *āmeden*, ut پدید آمدن *pedīd āmeden*, manifestari, وجود آمدن *be wūgīūd āmeden*, in lucem venire, prodire, ut Turc. وجوده کلمک *wūgīūde gēlmek*. دیدن *dīden*, videre, agnoscere, recipere, ut رعایت دیدن *ry-ājet dīden*, recipere honorem, honorari, unde participium, یحسان دیده *yhsān dīde*, beneficio affectus.

Composita habent quædam ex præpositionibus, quæ multis etiam verbis præponuntur solummodo ornatus gratiâ, ut در *der*, quæ uti significat *in*, eandem sæpe significationem verbo adfert, ut در آمدن *der āmeden*, & در شدن *der sūden*, intrare, در کردن *der kerden*, intrò impellere, در آوردن *der āwerden*, intrò portare, inferre, درخواستن *der chāsten*, postulare, velle, i. q. simplex خواستن *chāsten*, دریافتن *der jāften*, invenire, consequi,

qui, & intelligere, mente assequi, ut یافتن *iāsten*, invenire, consequi. Sic بر *ber* significans *supra* verbo sæpe dat talem significationem, ut بر آمدن *ber āmeden*, ascendere, بر کردن *ber kerden*, attollere, auferre, بر انگیزانیدن *ber engizāniden*, erigere, excitare. Interdum valet nostrum *re* in compositione, ut بر گردیدن *ber gerāiden*, reverti, sic بر گشتن *ber gēsten*, retrocedere, recedere, reverti. Interdum ornatūs gratiā præponitur, ut بر گردیدن *ber gūziden*, eligere, بر آسودن *ber āsūden*, quiescere, بر آشفتن *ber āšūften*, conturbari, indignari, بر انداختن *ber endāchten*, evellere, tollere, بر نشستن *ber nišesten*, confidere, & similia, quæ etiam sine بر *ber* idem ferè significant. باز *bāz* propriè significat *rursus, retro*, & in compositione vim etiam aversionis habere videtur, ut باز داشتن *bāz dāsten*, retrahere, cohibere, impedire, *q.* retro habere, باز گرفتن *bāz guristen*, celare, *q.* retro capere, باز استادن *bāz istāden*, cessare, abstinere, *q.* retro stare, باز آمدن *bāz āmeden*, reverti, rursus venire. Dicitur & سر آمدن *ser āmeden*, advenire, سر دادن *ser dāden*, relegare, وانمودن *wānūmūden*, declarare, ostendere, *ferè ut* نمودن *nūmūden*, واپس کردن *wābes kerden* & بس کردن *bes kerden*, satisfacere, solvere, quasi sufficiens facere.

CAPUT SECUNDUM

De modis, temporibus, personis, numeris & conjugationibus Verborum in genere.

Modos & Tempora Verborum Turcicorum exhibebo totidem, quot nos habemus in Grammaticis Latinis, nimirum Indicativum, Imperativum (in quo Permissivus) Optativum, Subjunctivum seu Conditionalem (cum quibus Potentialis coincidit) & Infinitivum. Tempora quoque Præsens, Præteritum, Imperfectum, Perfectum, Plusquam perfectum, & Futurum. Addam autem particulares loquendi modos, quibus Turcæ utuntur ad exprimendas actiones, quas per alios Modos exprimere solemus, & hoc fiet in Paradigmatate Verbi *سومک sewmek*, amare, quod in scorsivo Capite inferius exhibebimus, ubi etiam explicabitur formatio singulorum Temporum.

Numeri, ut in Nominibus, ita & in Verbis sunt tantum duo, Singularis, & Pluralis. Personæ autem tres, ut in Latinis, prima, secunda, tertia, abique ulla sexus aut generis distinctione.

Conjugationes statuo duas, licet modicè inter se differentes, Verborum nempe Infinitivum in *مک mek* habentium pro prima, eorum autem, quorum Infinitivus exit in *مک mak*, pro secunda; quarum discrepantia ex Paradigmatibus patebit. Nec præter has duas in *مک mek*, & *مک mak* datur alia Infinitivi terminatio.

Quoniam verò Verbum substantivum *اولمک olmak*, esse, seu Defectivum *ایم im*, sum, auxiliare est ad varia omnium Verborum tempora formanda, ante reliquorum Verborum conjugationes proponam ejus Paradigma tanquam anomali, sicut ob eandem ferè rationes faciam in aliis linguis Arabica & Persica.

¶ Arabes Modos & Tempora simul confundunt, & conjugationem in quinque tantum partes aut capita dividunt, in Tempus præteritum, quod vocant *ماضی māzī*; in Futurum *مضارع müzāry* dictum, quod tamen includit etiam tempus præsens ad distinctionem præsentis *حال hāl* vel حاضر *bāzır* dictum, & ut Futurum dicitur etiam مستقبل *müstakbil*; in Imperativum, in Infinitivum, & in Participium.

Præteritum respondet quidem nostro Præterito perfecto Indicativi modi, ut نصر *našere*, adjuvit; sed Verbum substantivum *کان kâne*, fuit, itemque particula *لو lew*, si, in, si, *ان izā*, cum ei præposita hanc significationem solent immutare.

کان kâne enim sic in Præterito positum importat significationem Præteriti plusquamperfecti Indicativi, ut *کان ضرب kâne zerebe*, verberaverat, *q.* dicas fuit verberavit; planè ut Poloni exprimunt suum Præteritum plusquam perfectum addito *był* / fuit, *był był* / verberaverat. Sic *كانوا قالوا kânū kâlū*, dixerant, *مویلی bylı* / *کان کاد emseke*, jam prehenderat, *Туз го бычъchwycil*.

لو lew, si, id vertit in Subjunctivi, vel Optativi, quod idem est, Præteritum imperfe-

Etiam cum Praesenti conjunctum, aut Plusquam perfectum cum Perfecto confusum, & quod sequitur praeteritum eodem tempore exprimendum est, habetque *J le* in capite praefixum, ut *لو علمت هذا لنصحتك lew âlimtû hâzâ le nesehtûke*, si scirem hoc, monerem te, vel si scivissem hoc, monuissem te. Sed si secunda enuntiationis pars neganda est, usurpatur Futurum cum *لم lem* (quod id in Praeteritum vertit, ut post diceretur) nec *J le* ullum adsciscitur, ut *لو كنت فاهنا لم يميت اخي lew kûnte hâhünâ, lem jemüt eçhÿ*. Si fuisses hic, non mortuus esset frater meus.

ان in, si, id vertit in Subjunctivi Futurum, cum aliud Praeteritum (aut hujus loco Futurum conversum) ei subjungitur: quo casu secundum vertendum est per Futurum Indicativi, ut *ان قلتم لي اقل لكم in kultüm li ekal leküm*, si dicatis mihi, dicam vobis, *ان ما قلتم لي لم اقل لكم in mâ kültüm li lem ekal leküm*, si non dicatis mihi, non dicam vobis; quod etiam significare potest, si dixistis mihi, dixi vobis. & si non dixistis mihi, non dixi vobis. Vel id vertit in Subjunctivi aut Indicativi Praesens, si aliud Praeteritum non subjungitur, ut *ان كنت ابن الله فقل in kûntebnellâhî fe kul*, si es filius Dei, dic, &c.

ان izâ, & *ان iz*, cum, id saepe vertit in Subjunctivi Futuro-Praeteritum in ro, ut *ان اكتببت ذلك احمدك izâ ketebte zâlike ahmedûke*, cum id scripseris, laudabo te.

Immutatur & in aliis casibus significatio hujus praeteriti, quae usus docebit & lectio aliarum Grammaticarum id ex professo tractantium.

Futurum, seu *المضارع el müzâry-ü* complectitur Indicativi nostri Praesens & Futurum; quomodo autem exponendum sit, contextus ut plurimum indicat. Restrigitur tamen non raro ad Futurum nostrum, praefixa litera *س se*, aut praemisâ vocula *سوف sewfe*, vel hujus loco *سو sew*, *سي sej*, *سيف sef*, ut *سوف ينصر jansurü*, adjuvat, vel adjuvabit; at *سي ينصر sej ensurü*, & *سوف ينصر sewfe jansurü*, vel *سوف ينصر sew jansurü*, adjuvabit, tantum. Sic cum particula *ان len*, nequaquam Futurum quoque significat, ut *ان ينصر len jansure*, nequaquam adjuvabit; & ut plurimum etiam cum *لا lâ*, non, ut *لا يضرب lâ jezribü*, non verberabit. Sicuti cum *ما mâ*, non, frequentius Praesens, ut *ما اعلم mâ a-lemü*, non scio; cum *ليس lejse*, non, utrumque.

At praemisso *لم lem*, non, & *لما lemmâ*, nondum, Praeteriti notionem induit, ut *لم يضرب lem jezryb*, non verberavit, *لما يخرج lemmâ jechrûj*, nondum egressus est.

Preposito autem Praeterito Verbi Substantivi *كان kâne*, exprimit Imperfectum Indicativi, ut *كان يجلس kâne jezlisü*, sedebat, nisi praecedat *لو lew*, si; tunc enim Optativi Praesentis seu Imperfecti loco venit, ut & quod ei respondet Futurum, cui Verbum substantivum *J* praefixum habens preponitur, ut *لو كنت تعرفه لكنت تحبده lew kûnte taerifübu lekûnte tehybbübu*, si nosceres eum, amares eum.

Cum particula *ان en*, ut, & aliis idem significantibus, per Subjunctivum exponitur, ut *ان ارد ان اكتب uridü en tektübe*, volo, ut scribas.

Imperativus respondet nostro Imperativo, sed usurpatur solum in praecipis affirmativis, deprecationibus, & hortationibus: nam praecipia negativa, deprecationes, & dehortationes per Futurum preposito *لا lâ*, ne, concipiuntur, ut *لا تضرب lâ tazryb*, verbera, *لا تضرب lâ tazryb*, ne verbera.

Infinitivus, ut in Paradigmate traditur, non equipollet nostro, sed Hebraeorum absolute: adjungitur enim solum Verbo suo significationis augendae gratiâ, & per Gerundium in do verti utcumque potest, ut *قتله قتلًا katelebu ketlen*, occidendo occidit eum. Est ergo hic Infinitivus *قتل ketlen* Accusativus nominis *قتل katlün*, quod merè est nomen actionis Verbi, aliorumque nominum instar declinabile, regit autem casum sui Verbi aequè ac si esset ipsum Verbum.

Participium nostro respondet, ut *ضارب zâribün*, verberans, *مضروب mezzrübün*, verberatus. At quia omissione temporis saepe fit Nomen, Futurum non raro pro eo usurpatur.

Numeri in tempore tres sunt, Singularis, Dualis, Pluralis.

In numero tres Personae, quarum prima destituitur Dualis. In Persona autem duplex genus, Masculinum & Femininum, quorum quodque suam habet terminationem, sed in Singulari & Plurali prima, in Duali secunda communis sunt generis.

Circa conjugationes verborum Arabicorum jam superius dixi juxta sensum Erpenii dari

dari tredecim verborum trilaterorum seu tres tantum in radice literas habentium, quatuor autem verborum quadrilaterorum, seu quatuor in radice literas habentium.

Primam trilateri conjugationem nudam & simplicem reliqua per omnia ferè sequuntur, paucis exceptis, de quibus suo loco.

Cum autem ratione vocalis secundæ radicalis prima etiam conjugatio sex modis variare possit futurum suum, ideo ex hac prima nostra conjugatione sex confecit Guadagnoli, cui non refragatur quidem, sed brevitati studentes in uno eodemque paradigmate primæ nostræ conjugationis malumus cum Erpenio rem totam compendio absolvere.

Perfæ sequuntur Arabes in divisione suorum modorum ac temporum, nempe in Præteritum, in Futurum, (quod non abs re Aoristum vocat *Lud. de Dieu*) in Imperativum, in Infinitivum, & in Participium. Supplentur autem reliqua tempora & modi per adjectionem particularum aut literarum capiti temporis intenti, ut in paradigmatis explicabimus.

Numerus duplex, Singularis & Pluralis; Duali enim omnino carent Perfæ.

Personæ tres, in quibus nulla sexus aut generis ratio.

Conjugationes possunt statui duæ. Cum enim Infinitivus verbi cujusque exeat in *دن* *den*, ut *دادن* *dāden*, dare, vel in *تن* *ten*, ut *داشتن* *dāsten* habere: quantumvis in formatione temporum admodum nihil differant: duo eorum dabimus paradigmata, præmissâ tamen, ut jam innuimus, conjugatione verbi substantivi *بودن* *būden*, esse, seu *ام* *em*, sum.

CAPUT TERTIUM

De conjugatione verbi substantivi *اولم* *olmak*, esse, & fieri, ejusque negativi *اولم* *olmamak*, non esse, non fieri.

Hoc verbum *اولم* *olmak*, quando significat fieri, werden / conjugatur regulariter; sed cum adhibetur substantive, & significat esse, sein / est anomalum, & sic conjugatur

Indicativi Præsens.

Sing. *ايم* *im*, *ام* *em* & *يم* *im*, rarius *يم* *im*, *م* *em* & *يم* *im* etiam *ؤم* *üm*, *اين* *in* vel *ين* *in*, sum.

سن *sin*, es.

در *dür*, est.

Plur. *ايز* *iz*, & rarius *وز* *üz*, sumus.

سز *siz*, & *سكز* *syn-yz*, estis.

دئر *dürler*, vel *در* *dür*, sunt.

ايم *im*, & *ام* *em*, vel *يم* *im*, sum, ut & *ايز* *iz* vel *از* *yz*, sumus postponuntur absolute & disjunctim; conjunctim autem affiguntur *م* *em* vel *يم* *im* aut *ؤم* *üm*, & quod rarius scribitur *يم* *im*, sum; sic *ز* *yz* vel rarius *üz*, & *يز* *iz*, sumus, ut *كوزلم* *güzelem*, vel *güzelim*, vel rarius *güzelüm*, pulcher sum, quod, si vis, etiam separatim dices *كوزل ايم* *güzel im*, & sic in aliis personis *كوزلسن* *güzel sen* vel *كوزل سين* *güzel syn*, pulcher es, *كوزلدر* *güzel dür*, pulcher est, vel sine *در* *dür* *كوزل* *güzel*, pulcher est; *در* *dür*, enim saepe supprimitur, ut non raro in Latinis, & ferè semper in Polonicis, Hungaricis, & maxime Arabicis. In Plurali similiter *كوزلز* *güzel yz*, pulchri sumus, *كوزلسز* *güzel syz*, pulchri estis, *كوزلردر* *güzel ler*, vel *كوزلردر* *güzel ler*, pulchri sunt. Idem omnino habent Poloni, ut *piekny* / pulcher sum, *pieknyś* / pulcher es, *piekny* / pulcher est, *Plur. piekniszy* / pulchri sumus, *pieknicie* / pulchri estis, *piekni* / pulchri sunt; affixo nimirum pro prima persona singulari *m* / pro secunda *s* / pro prima plurali *syn* / pro secunda *ście* / & suppresso aut subintellecto in tertia persona verbo substantivo nempe *ieść* / est, & *są* / sunt.

Imperfectum, & Perfectum.

Sing. ایدم vel ادم *idüm*, & sæpe conjunctim دم vel variis دم *düm* vel *idüm*, eram, & fui. *Bylem*.

ایدک vel ادک *idün*, vel دک *dün*, eras, fuisti. *Bylés*.

ایدی vel ادی *idy*, vel دی *dy*, erat, fuit. *Byl*.

Plur. ایدک vel ادک *idük*, & دک *dük*, eramus, fuimus. *Bylisy*.

ایدکز vel ادکز *idün-üz*, vel دکز *dün-üz*, eratis, fuistis. *Byliscie*.

ایدیلر vel ادلر *idiler*, vel دیلر *diler*, erant, fuerunt. *Byli*: vel affixo لr *ler*, nomini præcedenti & manente in singulari ایدی, ut کوزلر ایدی *güzeller idy*, pulchri erant. *Pietni* / vel *pietnyimi byli*.

Interferunt nonnulli و *waw*, ante finem & scribunt ایدوم *idüm*, eram, ایدوک *idün*, eras, ایدوک *idük*, eramus, ایدوکز *idün-üz*, eratis.

Alterum Imperfectum, & Perfectum.

Sing. ایمش *imisem*, & contractè مشم *misem*, eram & fui. *Bylem*.

ایمشن *imisfyn*, vel مشسن *misfyn*, eras, fuisti. *Bylés*.

ایمشدر *imistür*, vel ایمش *imis* vel مش *mis*, erat, fuit. *Byl*.

Plur. ایمشز *imisfyz*, vel ایمشز *imisfyz*, eramus, fuimus. *Bylisy*.

ایمشنر *imisfyz*, vel مشسنر *misfyz*, eratis, fuistis. *Byliscie*.

ایمشلر *imisler dü*, vel ایمشلر *imisler*, & affixo nomini præcedenti لr *ler* ایمش *imis*, erant ut کوزلر ایمش *güzeller imis*, erant, fuerunt pulchri: *Pietni byli*. Sed sic etiam potest esse in significatione præsentis, pro pulchri sunt, sicuti in aliis sæpe venit perfectum pro præsentis, ut dicunt بدم *bidüm*, pro scivi, & scio.

Quemadmodum autem hoc præteritum formatur à Participio Verbi, quod hic est ایمش *imis*, qui fuit, & Præsentis ایم *im*, vel م *em*, q. dicas, lum qui fui: sic formari quidem posset Plusquamperfectum ab eodem Participio & ab Imperfecto ایدم *idüm*, vel دم *düm*, & dicere ایمش ایدم *imis idüm*, vel ایمشدم *imistüm*, fueram, *bylem byl* / uti passim Plusquam perfectum Verborum regularium formatur; sed hoc rarissimè Turcis usitatur. Mutuantur potius hoc tempus, uti sæpe & alia omnia, à regulari اولمک *olmak*, esse & fieri, & dicunt اولمک ایدم *olmis idüm*, fueram, vel factus fueram. Sic اولمک اولردم *olurdüm*, eram, fiebam, اولدم *oldüm*, fui, factus sum. Sic pro Futuro, quo caret Determinativum hoc ایم *im*, sum, dicunt

Futurum.

Sing. اولورم *olurüm*, ero & fiam. *Bede / stáne sis*.

اولورسن *olursyn*, eris, fies. *Bedzies / stánies sis*.

اولور *olur*, erit, fiet. *Bedzie / stáne sis*.

Plur. اولورüz *olurüz*, erimus, fiemus. *Bedziemy / stániemy sis*.

اولورسز *olursyz*, eritis, fietis. *Bedzicie / stánicie sis*.

اولورلر *olurler*, erunt, fient. *Beda / stána sis*.

Vel, ut in Regularibus, dicent اولایم *olaim*, اولیسرم *olyserym*, اولاجیم *olajiam*, اولسام *olsam gerek*, ero, fiam. Sic & à Regulari sumitur,

Imperativus.

Sing. اول *ol*, sis, esto, fias. *Badz / stan sis*.

اولسون *olsun*, vulgò اوسون *osun*, sit, fiat. *Niech bedzie / niech sis stáne*.

Plur. اولالم *olalum*, simus. *Badzmy*.

اولکم *olun* vel اولکنز *olun-üz*, este. *Badzcie*.

اولسونلر *olsunler*, *osunlar*, sint. *Niech beda*.

Optativi & Subjunctivi tempora omnia petunt etiam à Regulari اولمک *olmak*, ut

Optativi Præsens & Imperfectum.

Sing. اولایدم *olaidüm*, essem & fuissem. *O bym / obym byl*. اولایدک *olaidük*,

olaidün-, اولایدی olaidy. Plur. اولایدک olaiduk, اولایدکنز olaidün-üz, اولایر ایدی olalar idy.

Imperfectum alterum respondens Italico in rei.

اولوردم olurdüm, essem, farei. byl bym. اولوردک olurdün-, &c. regulariter. Et, ut est in omnibus idem quod Imperfectum Indicativi, sic etiam dici potest ایدم idüm-, essem, farei, byl bym. ایدک idün-, esses, faresti, byl bys/ıc. ut in Indicativi Imperfecto.

Perfectum.

Irridentis *ما* *ma*, *الا* *ala*, en tibi.

Compescantis *بھی صغن* *behej sakyn*, *گوزکی* *göziün-y ac*, *زهار* *zinhār*, cave tibi.

Propellentis homines *صوله* *sawula*, viam dato, *auffgeschaut / auff die Seit / ارغه* *alargha olün-*, ex Italico, *alla larga*, Idem: animalia propellentis, *هایده* *hajde*, *hajda*.

Abigentis & detestantis *هایده* *hajde*, *فی کدر* *figider*, apage.

Silentium imponentis *سوس* *sus*, *سوسا* *susa*, *سوس اول* *sus ol*, st, file.

Adventante Principe ad reverentiam & recessum commonentis *کش* *kis*.

Laudantis & approbantis *آفرین* *āferin*, *آفرین سکا* *āferin san-a*, *مرحبا* *merhā-bā*, &c. ut in Adverbiis.

Vocantis *یا* *ja*, *ای* *ej* & *ی*, *هی* *hej*, *بھی* *behej*, *بره* *bre*, ò, heus.

Interjectiones Arabibus dicuntur *الاصوات* *el-awātü*, voces, ut sunt *آه* *āh*, suspirantis, *آه* *ach*, dolentis, *اف* *af*, *ؤف*, &c. fastidientis. Quoniam verò particulas vocandi adscribere solemus Interjectionibus, de earum hinc constructione nonnihil est dicendum. Sunt ergo *یا* *ja*, ò, heus, quae est communissima ad omnes vocationes, *ایا* *ejā*, *هیای* *hejā*, ò, ò heus! ad vocandum longè diffitum, vel mente captum, vel ad excitandum somno-

GRAMMATICÆ TURCICÆ
PARS SEXTA
DE SYNTAXI.

MULTA jam ad Syntaxim pertinentia tradita sunt passim in Erymologia, ut de constructione duorum Substantivorum in oratione continuatorum, de usu temporum Verbi, de casu præpositionum: item Adjectivum indeclinatum debere præponi suo Substantivo, Verbum debere esse in fine, &c.

Multi tamen supersunt adhuc exponenda de ordine & modo constructionis, præsertim verò Arabicorum & Persicorum in Turcica locutione adhibitorum; hæc enim non sequuntur semper illas regulas antedictas, ut mox explicabitur, percurrendo omnia, quæ veniunt in usum.

CAPUT PRIMUM

De modo alloquendi aliquem.

ANTE omnia sciendum est, quòd in familiari maxime sermone soleant Turcæ (immò Arabes & Persæ) se invicem alloqui per secundam personam singularem, سن *sen*, tu, abique illis titulis, quibus nos tam insolenter utimur, v. g. *Vestra Dominatio, Illustritas, Magnificencia, Celsitudo, Serenitas, Majestas, &c.* Potest enim quisque vel ipsum Imperatorem Turcarum per *tu* compellere.

Attamen usus jam, ne dicam, abusus, obtinuit apud illos quoque, ut sæpe ad majores se loquantur per secundam personam pluralem *سىز* *syz*, vos, ut *ایولر و خوشلر میسنز* *ejüler ve hoşlermisynz*, pro *ایوحو خوشلر میسنز* *ejü choşmisyfyn*, vale in bene? pro *valenè bene?* Sic *بیورک* *büjürün-*, pro *بیور* *büjür*, imperate, pro *impera*. *Commandate, compiacete vi*, ò *si compiaccia V. S.* *نره یه واردکنر* *nereje wardün-üz*, quòd ivistis, ubi fuistis? pro *واردک* *wardün-*, ivisti, fuisti? *لطف ایکنر* *lutf ejlen-*, facite gratiam, quæso, pro *لطف ایله* *lutf ejle*, fac gratiam. Non tamen hoc fit necessariò, ut apud nos, sed ad libitum, & vix apud Doctos & inter Atulicos.

Habent nihilominus etiam aliquas tertias personas titulares universales, v. g. *جنابکنر* *genâbün-üz*, q. *Vestra Dominatio, Celsitudo, Majestas, &c.* (in rigore pars vestra, *latus vestrum*) quo quidem titulo nonnunquam utuntur etiam in colloquiis ad Majores, aut ad eos, quos honorare volunt, ac persæpe in Literis; Item *حضرتکن* *hezretün-*, vel *حضرتکنر* *hezretün-üz*, *Idem*, Dominatio, celsitudo, sanctitas vestra (proprie præsentia, conspectus vester) Hoc tamen non nisi à simplicioribus Turcis, aut à Christianis vel Judæis adhiberi audivi. At in scriptione, immò & locutione hic titulus in plurali *حضرتکلری* *hezretleri* addi solet nomini Dei, Principis viri, quem nominamus, v. g. *الله حضرتکلری* *allah hezretleri* (& rarius *حضرتکلری* *hezretleri*) q. *Deus ejus Majestas, quod nos diceremus Dominus Deus*. Sic *پادشاه حضرتکلری* *pādishā hezretleri*, q. *Rex, Imperator, Sua Majestas, quod diceremus Serenissimus Rex*. Pari modo *پاشا حضرتکلری* *pāshā hezretleri*, *بک حضرتکلری* *beg hezretleri*, Celsissimus Princeps, *Balsā, &c.* quasi diceret *ipsius Celsitudo, Dominatio, Illustritas, &c.* aut quasi diceret Germanicè, v. g. *Der Keyser/ihre Majestätt* / pro *ihre Keyserliche Majestätt* / quod Poloni planè habent, dicunt enim *Krol Jego Mośc* / *Rex ejus Majestas, pro Sua Regia Majestas*, adeoque hoc illis captu facilius erit, quàm Nostratibus.

Et hîc statim notes velim, pluralem numerum adhiberi loco singularis tanquam nobiliorem ad honorandos eos, de quibus fit sermo; unde si de eximio aliquo viro fuerit sermo, in relatione plerumque adhibetur numerus pluralis, e. g. si locutus fueris de Re-

T

ge,

ge, Principe, &c. dices repetendo انلر بوجون قالقديلر *anlar bu gün kalktyler*, hodie discesserunt, *pro* او قالقدى *o kalkty*, ipse discessit, uti in superioribus exemplis حضرتلري *hazretleri*, eorum Majestates, *pro* ejus Majestas.

Sic in prima persona, sæpe loquuntur etiam Infimi per pluralem numerum, dicendo nos, *pro* ego, بى *biz*, *pro* بن *ben*, sapius quam سى *sz*, vos, *pro* سن *sen*, tu, *aut* انلر *anler*, ipsi, *pro* اول *ol*, vel او *o*, ipse. Contra verò Imperator illorum rarius Plurali utitur, sed loquitur in Singulari etiam in publicis Literis & Diplomatis Capitulationum, ubi dicit بن كى *ben ki*, &c. ego, qui, &c. ubi nostri Principes dicerent, Nos, qui, &c.

Tu verò, quando alloqueris parem, minorem, aut paulò majorem te, dicas liberè سن *sen*, tu; superiorem verò si alloquaris, rectè dices سى *sz*, vos, continuando sermone in plurali numero, & parcius utere جنابكز *genâbün-üz*, Dominatio vestra, &c.

Si verò de te ipso loquaris, ad libitum dic *vel* بن *ben*, ego, *vel* بى *biz*, nos, *aut*, si vis civilius & quasi Aulicè ac doctè loqui, dic بندهك *benden-*, vel بندهكز *benden-üz*, دوستكز *kutün-üz*, vester servus, *h. e.* ego, qui sum vester servus, *vel* similia adhibe دوستكز *dostün-üz*, خیر خواهكز *chairchâbün-üz*, دعاچيكز *du-âgin-üz*, amicus, benevolus vester, *aut*, ut in Literis frequentissimum est, præfixo بو *bu*, بو دوستكز *bu dostün-üz*, بو بندهكز *benden-üz*, hic amicus, servus vester, *h. e.* ego. Et certè hi loquendi modi frequentissimi sunt apud Turcas civiliores, unde etiam dicunt بنده خانه *bende châne*, *pro* بنم خاندم *benüm chänem*, mea domus, *vel* habitatio, *q.* servi domus. *La casa del vostro servitore.* Religiosi autem & pietatem præ se ferentes sæpe dicunt بو فقير *bu fakyr*, hic pauper, *pro* ego, & اكسكلو *eksiklü*, defectuosus, pariter *pro* بن *ben*, ego. In continuatione autem colloquii ad Superiores, repete sæpius سلطانم *sultânüm* (aut Synonyma) quasi dicas, mi Princeps, mi Domine, uti dicunt Galli, Monsieur, Mon maistre, &c.

Utuntur porrò aliquando ad Supremos, Principes, Reges, tertiâ personâ ad modum Germanorum in der Herr / *v. g.* سلطانمه معلومدر *sultânüme me-lümdür*. Notum est Dominationi vestræ. Es ist meinem Herren wol bewußt. Sic پادشاهم صاغ اولسون *pâdisâhüm sagb olsün*. Sit Majestas vestra sana, quasi Rex meus sit sanus, vivat. پاشام صاغ اولسون *pâšâm sagb olsün*. Sit meus Balsâ sanus, &c. & hæc ferè omnia valent etiam in Arabicis & Persicis.

Quibus præmissis agamus de ordine constructionis.

CAPUT SECUNDUM

De ordine constructionis.

H Ungari in constructione multa habent communia cum Turcis; Germani etiam multa, *v. g.* Verbum debet esse semper regulariter in fine, ut apud Germanos plerumque, ita ut aliquando periodus protrahatur ad integram paginam & ultra, nec inveniatur nisi in fine Verbum personale, à quo cætera antecedentia dependent, ut sunt Gerundia in وب *üp*, بچك *igek*, مكين *megin*, & expressa per præpositiones, ut مكاه *meğile*, دكدن صكره *dükten son-ra*, دوکی اجلدن *dügi egilden*, & similia.

In familiari tamen sermone, & *pec.* in verlu, accidit interdum, ut postponamus casum verbi, præsertim determinatum, ut اصلجعى اوردم *urdum asylâgiaghy*, percussi eum nequam, وير بگا *wir ban-a*, da mihi. وارال كتور اول كتابي *wur al getür ol kitâbi*, vade, accipe & adfer illum librum; quanquam & regulariter possit dici, immò fortassè meliùs dicatur وار اول كتابي كتور *war ol kitâbi getür*. Item quemadmodum apud Germanos præponitur Genitivus Substantivi alteri Substantivo, à quo regitur, sic & apud Turcas, immò illi aliquando, ut Turcæ semper, addunt possessivum seim / ut des Herrren seim Diener / اغانك قولى *aghanün-kuly*, vel خدمتكارى *chydmetkârî*; ut & Adjectivorum cum Substantivis apud utrosque eadem videtur in eo constructio, quòd illud semper & regulariter præponatur, ut بر كوزل آدم *bir güzel âdem* (non آدم كوزل *âdem güzel*) Ein schöner Mann (non ein Mann schöner) Præpositiones nomini postponuntur, ut in Hungaricis, ideoque postpositiones potiùs vocandas esse superiùs dixi, *e. g.* اتدن *etten*, à carne, *ab* ات *et*, caro, & postpositione دن *den*, a, ab, Hung. Hústól, à carne, *ab* hús, caro, & postpositione تól, a, ab. Sed hæc in purè Turcicis.

Cæte-

Cæterum in ordine constructionis, Nominativus Verbi, ut plurimum, primum locum obtinet, nisi adsit aliqua particula, conjunctio, adverbium aut interrogativum, quæ in omnibus Linguis ferè semper ponuntur ab initio, ut sunt *اگر* *ager*, si, *کیان* *kačian*, quando, *زیرا* *zira*, nam, *چونکه* *čünki*, cum, quandoquidem, &c. Unde si casus Verbi sit interrogativus, præponitur Nominativo, ut *اگنا اولدردی کانغیسی اگنا* *kanghyssini agha öldürdy?* Quem eorum occidit Dominus? Alibi etiam eundem præponi reperies, *pec.* in relatione, ut *ویریلان برات عالیشانک صورتی اشبو دارنده حروف فلان بدون* *wirilen berati âlisânun- şüretini işbu dârendei huruf fulân büdün diwânine getürmis idy.* Concessi Diplomatis, seu Privilegii Regii copiam Lator præsentium N. ad Curiam Budensem attulerat. Si casus Verbi sit Dativus, potest etiam præcedere Nominativum, ut *سا کیم دیویرمش* *san-a kim dijuvirmis?* Tibi quis dixit? Si Verbum duos casus regat, Dativus melius præponitur Accusativo, seu alteri casui Verbi, ut *اگنا بانا بیر عیجه ات باغشلا دی* *agha ban-a bir ejüje at baghy'slady.* Dominus mihi donavit bonum equum. Adverbia, si adsint, immediatè ante Verbum plerumque ponuntur; præpositiones autem & alia adjuncta post Nominativum Verbi, aut variè post casus Verbi aut Adverbium, immò etiam ab initio propositionis, ante ipsum Nominativum aut alibi juxta exigentiam sensus, euphoniæ, & usum linguæ.

Atque inter alia sint hæ regulæ generales 1. Regens debet semper postponi suo recto, seu casui quem regit, ideoque Verbum, quod omnia regere videatur, ultimum orationis locum obtinet. 2. Substantivum Adjectivo suo postponitur, ut & alteri Substantivo quod regit in genitivo, ut ubique advertes in exemplis allatis & adferendis. Sed horum ferè omnium contrarium evenit in lingua Arabica, ut paulò inferiùs explicabitur.

Quod si interrogatoria fuerit locutio, nota primò, quod si non adsit ullum nomen, pronomen aut particula interrogativa, debet necessario apponi *می* *mi*, nè, an? Dico apponi seu affigi, aut nomini, si illud afficit, ut *اگنامی کندی یوخسه قولی* *aghami gitty iochse kulmi?* Dominusne abiit, an servus? aut verbo, si magis illud spectet, ut *اگنا کندی* *agha gittymi!* abiitne Dominus? Gall. Monsieur'en est il allé, ou est il parti? In altero autem exemplo deberet dicere: est-ce Monsieur, vel est-ce un Maître qui est parti, ou bien un valet? quod etiam Turcicè sic reddi optimè potest *اگنامی در کیدن یوخسه قولی* *aghamidür giden iochse kulmi, q.* Estne Dominus, qui abiit, an servus? Nota secundo, quod, in personis verbi, quæ habent affixum Verbum auxiliare Substantivum, illud *می* *mi* debet interferi inter utrumque seu affigi immediatè illi Participio verbi primarii, v. g. *گیدرمی* *gidermi*, ibitne? *گیدرمیسن* *gidermissyn*, ibitne? *گیدرمیم* *gidermiim*, ibitne? *گیدرمیز* *gidermiyz*, ibimusne? *گیدرمیسز* *gidermissyz*, ibitne? *گیدرلمی* *giderlirmi*, ibuntne? Sic *گیتسونی* *gitsünmi*, eatne? *گیدلمی* *gidelümmi*, eatne? *pro* *ibimusne?* *گیدرمی ایدی* *gidermi idy*, ibatne? &c. Si autem adsit particula aut nomen interrogativum, tunc non adhibetur *می* *mi*, ut *اگنا کندی* *kanda gitty*, quò ivit? *کیان کندی* *kačian gitty*, quando abiit? *کانغیسی کندی* *kanghyssini gitty*, quinam eorum, vel uter abiit? Quod si addatur differentia, redit *می* *mi*, v. g. *اگنامی کندی* *kanghyssini gitty aghami kulmi?* uter abiit, Dominusne, an servus? & sic de aliis.

Quod si tu interrogeris, respondebis affirmativè per *اود* *ewwed*, *ewed*, *ewet*, *بلی* *beli*, *بس* *bes*, *اوله در* *öjledür*, ita, etiam, ita est, *ja / si*, *ouy*, *âle / tâl iest / & similia*, & negativè per *دک* *değül* (quod *deil* ferè pronuntiant) *یوق* *jok*, vel civilius *خیر* *cheir*, non. Vel tutius respondebis, ut ipsi frequentissimè faciunt, repetendo verbum, quod sæpe fit in Latinis & Polonicis, e. g. *واردگی* *wardün-mi*, ivistine? Resp. *واردم* *wardüm*, ivi, *واردم* *warmadüm*, non ivi. Sic *گوردگی* *gördün-mi*, vidistine? *گوردم* *gördüm*, vidi, *گوردم* *görtmedüm*, non vidi, absque relativa repetitione antecedentis, nihil enim superflui solent adscribere, quod absque hoc intelligi possit, secus apud Germanos, Italos, Gallos, ubi deberet dici. *Ich bin dahin gegangen / vel ich bin dort gewesen / & ich habß gesehen. Vi sono andato, vi sono stato, & l'hò veduto. J'y suis allé, j'y ay esté, ie l'ay veu.*

In Arabicis ordo constructionis est paulò difficilior diversusque à Turcico, ut dixi: præponi enim solet regens recto, uti verbum præponitur suo Agenti, seu, quem regit, Nominativo, sic dicitur *قام زيد* *kâme zejdün*, surrexit Zeidus, nam si dicatur *زيد قام* *zejdün kâme*, tunc *زيد* *zejdün* non dicitur regi à verbo, seu esse Nominativus verbi, sed dicitur

مبتدأ mübtedâün, q. inchoatum, i. e. basis totius orationis, seu subjectum enuntiationis, cujus prædicatum dicitur reliqua pars enuntiationis, quæ vocatur خبر chaberün, prædicatio, enuntiatio, seu prædicatum, enuntiatum. Nominativum autem verbi seu agens ejus in proposito exemplo dicunt Arabes esse subintellectum, seu مضمّر muzmerün, pronominale, قام kâme, quasi esset, زيد قام هو زيد قام هو Zeidus, surrexit ipse.

Nomen pariter substantivum regens alterum in genitivo, quod Arabibus dicitur مضاف muzâfün, annexum, (prout, quod in Genitivo regitur, dicitur مضاف إليه muzâfün ilejbi, cui annexum est) præponi necessario debet, ut زيد غلام ghulamü zeidin, servus Zeidi.

Sic Adjectivum postponitur suo Substantivo, ut كتاب عظيم Kitâbüñ âzýmün, liber magnus, libro grande, الكتاب العظيم el kitâbüñ âzýmü, liber magnus, il libro grande. Unde si Annexum seu Substantivum regens alterum in genitivo, habeat secum concordans Adjectivum, quia annexum separari non debet ab eo cui annectitur, seu ab illo genitivo quem regit, ideo utrique postponitur Adjectivum, ut رأيت ملاك الله العزيز reejtü melâkallâbil-âzîze, vidi angelum Dei fortem; & si vitanda sit amphibologia, dici poterit رأيت ملاك الله العزيز reejtü melâkallâbil-melâkel-âzîze, vidi Angelum Dei, angelum fortem, ne nimirum putetur esse رأيت ملاك الله العزيز reejtü melâkallâbil-âzîzi, vidi Angelum Dei fortis, gloriosi, &c.

Ordo igitur hic erit constructionis, primò, si adsit, Mübtedaum seu subjectum orationis independens ab alio, deinde prædicatum, aut, si absit Mübtedaum, primò erit Verbum, deinde agens seu Nominativus verbi, tum casus seu patiens ejusdem, &c. deinde Adverbia seu adjuncta nomina quasi adverbialiter in accusativo posita modum actionis aut etiam essentiam rei explicantia, & præpositiones cum suis casibus, &c. quæ melius usus & lectio librorum tibi patefacient.

In interrogazione sæpe præmittitur particula *! e*, num, an, ne? ut زيد عندك *! e* zejdün yndeke, estne Zeidus apud te? De reliquo ut in aliis linguis.

Liberior in Persicis est ordo constructionis ad Turcicum in multis accedens, at in constructione duorum substantivorum, & adjectivi cum substantivo cum Arabico conveniens. Adjectivum enim semper postponitur suo substantivo, & annexum præponitur ei cui annectitur, h. e. substantivum regens alterum in Genitivo huic præponitur, ut in Arabicis, ut روي ماه rûi mâh, روي ماه روي rûi mâh rûj, روي ماه روي rûi mâh rûj, scias esse composita & instar unius vocis proferenda, aliamque significationem inferre, nimirum روي ماه روي rûi mâh rûj, Turc. كوزل يوزلو güzel jüzlü, Lat. pulchræ faciei, aut pulcher facie, faciem pulchram habens, روي ماه روي rûi mâh rûj, Turc. آي يوزلو âj jüzlü, faciem habens lunæ, seu instar lunæ formosam, &c.

Atque innumera hujusmodi fiunt composita tam Persica quam etiam Arabica, quibus refertos vel ipsorum Turcicorum Scriptorum comperies libros.

Unde, antequam ad magis speciales regulas syntaxeos veniamus, agendum videtur serîo de iis, quæ ex Arabica & Persica lingua veniunt in usum in lingua Turcica.

Ex Persicis & Arabicis omnia nomina tam simplicia, quam composita, unde & participia ac adverbia adhiberi possunt in Turcica præsertim scriptione, v. g. pro طوشان taušân. Lepus, invenies passim in libris Turcicis Arabicum ارنب erneb, lepus, & Persicum خرگوش chergûš, lepus. Et sic de omnibus fermè aliis, demptâ in Arabicis nunnatione aut vocali ultimæ consonantis, nisi adsit annexio, seu duorum substantivorum copulatio, de qua inferius.

Præterea præpositiones ferè omnes sive separatæ sive inseparabiles, & nonnulla pronomina, adverbia, conjunctiones, & interjectiones utriusque linguæ veniunt pariter in usum linguæ Turcicæ.

Item

Item Pluralia nominum utriusque linguæ sæpe adhibentur, licet sæpe turcizata more Turcicorum nominum inflectantur.

Porro Infinitivi, seu Nomina verbalia actionis, loci, temporis, instrumenti, vicis, &c. Arabica, Participia, aliaque derivativa nomina variarum formarum, ut in etymologia habuisti.

Potissimum autem Infinitivorum Arabicorum usus est frequentissimus, non solum in Turcica sed & in Persica lingua. Illis enim addunt sæpissimè auxiliare suum ad significandum id, quod per se apud Arabes significat ille Infinitivus, e. g. *تسليم ایتمک* *teslīm itmek* tradere, reddere, quasi facere redditionem, & in Passivo *تسليم اولتمک* *teslīm olunmak*, & rariùs *تسليم اولتمک* *teslīm olmak*, reddi, tradi, *استماع ایتمک* *istimā' itmek*, audire, & *استماع اولتمک* *istimā' olunmak*, audiri. Huic *ایتمک* *itmek* synonyma auxiliaria sunt, ut antea dictum est, *ایتمک* *ejlemek*, *کلمک* *kylmak*, facere, *بجوتمک* *bujurmak*, idem, gratiosè facere, dignari, ut *تسليم ایتمک ایتمک بجوتمک* *tenezzül itmek, ejlemek, bujürmak*, condescendere, *تسليم اولتمک بجوتمک* *tenezzül olunmak, vel bujürölünmek*, condescendi impersonaliter. Si tamen hujusmodi auxiliare ponatur post participium, quod rariùs evenit, tunc pro Passivo habet *اولتمک* *olmak*, ut *حاصل ایتمک* *hāssıl itmek*, pro quo usit. *تسليم ایتمک* *teslīm itmek* e. acquirere, comparare, *حاصل اولتمک* *hāssıl olmak*, acquiri, provenire. Quod si Infinitivus regat aut habeat annexum casum alterius Substantivi, remittitur auxiliare ad finem, v. g. *تسليم جان ایتمک* *teslīmī jān itmek*, pro *جان تسليم ایتمک* *jān teslīm itmek*, animam tradere, mori, quod utroque modo passim usurpatur, idemque fit in Persicis, dici enim potest *تسليم جان کردن* *teslīmī jān kerdn*, *جان تسليم کردن* *jān teslīm kerdn* (vel *جانرا* *jānra*) *تسليم کردن* *teslīm kerdn*, idem, animam tradere, mori.

Præpositiones verò Arabicæ & Persicæ præponuntur nominibus Arabicis aliisque, ut apud ipsos Arabes & Persas, secus de Turcicis.

Ex Persicis denique Verbis Infinitivus rariùs adhibetur à Turcis, nisi nominaliter, pro quo sæpiùs venit derivativum actionis in *ش* *š*. Sæpe autem adhibentur Participia tam Activa integra in *ان* *ān* & in *نده* *ende*, & compositiva illa similia Imperativo, quàm Passiva, seu Præteriti temporis, quæ fiunt ab Infinitivo, mutato *ن* *nu* finali in *س* legendum e. Circa quæ omnia Vide Cap. 6. Part. 4.

Jam verò veniamus ad constructionem singularum partium & omnium simul.

CAPUT TERTIUM

De concordantia nominis cum nomine.

Nomen Adjectivum in Turcicis semper præponitur suo Substantivo immotum & indeclinatum, ut *گوزل آدم* *gūzel ādem*, pulcher homo, *گوزل آدمه* *gūzel ādeme*, pulchro homini, *گوزل آدملرک* *gūzel ādemlerün*, pulchrorum hominum, planè ut in Hungaricis. Et de hoc satis jam dictum est in Parte secunda, Cap. 4.

In Persicis autem Adjectivum postponitur suo Substantivo, quod ei annectitur annexione prolativâ, quam Arabes vocant *اضافة لغاية* *yzāfetün lafzījetün*, sed in quocunque casu sit nomen annexum, nempe Substantivum, kiefrañ tantum ultimam ejus consonantem, ut *بر* *ber*, fructus, *بر شیرین* *berī šīrīn*, & hinc, ut vides, nihil adscribitur; sed in Nominibus in vocales desinentibus, sive per *ل* *elif*, و *waw*, *ي* *j* expressas, sive per otiosum *ه* *he* finale indicatas, adscribitur etiam realiter *ي* *ī*, vel *ه* *ī*; *ي* nempe terminatis literâ quiescente *ل* *elif*, vel و *waw*; *ه* autem nominibus in *ي* *ī*, vel *ه* *ī* desinentibus, ut *پارسا* *pārsā*, religiosus, *پارسای آگاه* *pārsāi āgāh*, religiosus vigilans, gnarus, *ایلچی* *ilcī*, Legatus, *بزرگ ایلچی* *ilcī būzürk*, Legatus magnus, *تیهو* *tihū*, perdix, *تیهووی رفنار* *tihūi refnār*, perdix egregiè incedens, *میوه* *mīwe*, fructus, *میوه شیرین* *mīwei šīrīn*, fructus dulcis, *جامه* *jāme*, vestis, *جامه ناپاک* *jāmei nāpāk*, vestis sordida. Utrique igitur postponitur in declinatione particula casus determinativa, ut *بزرگرا گفت* *ilcī būzürkrā gūst*, Legato magno dixit. *آن میوه شیرینرا بخورد* *ān mīwei šīrīnrā būchord*, illum fructum dulcem decedit. Sed Plurali Substantivo ut plurimum affigitur characteristicæ Pluralis, manente Adjectivo in Singulari, ut

دوستان قدیم را دوستان قدیم میوه های میوه های شیرین *müwehâi şirîn*, fructus dulces. Sic in declinatione *دوستان قدیم را* *doştânî kedinvâ güstem*, amicis antiquis dixi.

¶ In Arabicis Adjectivum semper postponitur suo substantivo, cum quo concordare debet genere, numero, casu & determinatione vel indeterminatione, id est praefixione articuli, vel carentiâ ejus, ut كتاب عظيم *Kitâbün âzýmün*, liber magnus, libro grande, à un libro grande, الكتاب العظيم *el Kitâbül âzýmü*, liber magnus, il libro grande. Nomina tamen propria que in singulari non suscipiunt articulum, ut & pronomine personali affecta, seu Possessiva censentur ex se determinata unde Adjectivum sequens debet habere articulum, ut ابراهيم الامين *ibrâhimül-emînü*, Abrahamus fidelis, *Abrahamo il fedele*, ابي المكرم ارسل الي هذه الرسالة *ebil-mükerrümü ersele ilejje hâzîhir-risâlete*, Pater meus reverendus misit ad me hanc epistolam. Quòd si invenias post Substantivum articulo affectum seu determinatum Adjectivum articulo carens adeoque indeterminatum, judicail- lud non poni adjectivè, sed esse predicatum subjecti cum copula, ut الرجل العالم *erregiülü âlimün*, non significat simpliciter vir doctus, sed vir est doctus, ut è *الرجل العالم* *erregiülül âlimü*, significat vir doctus, l'huomo dotto, nec potest significare vir est doctus. Sciendum autem quòd quando Substantivum est nomen Plurale, praesertim non rationale sive Masculinum sive Femininum, tunc usurpatur Adjectivum in feminino singulari, ut افراس سوداء *efrâsün sūdâü*, equi nigri, الحجارة الكبيرة *el hygiarül kebîretü*, lapides magni, q. lapides magna, & ex corano *جنتها الانهار تجري من تحتها الانهار* *gennâtün tegri min t.ebtihel en-hârü*, horti, sub quibus currunt fluvii, ubi Singularia feminina *جري* *tegrî*, & *ها* *hâ*, construuntur cum *جنتها* *gennâtün*, & *انهارها* *en-hârün* Pluralibus non rationalibus. Scias demum quòd Substantivum appellativum cum adjuncto Adjectivo nomen proprium constituens articulum abjicit, ut بيت المقدس *bejtül mukaddesi*, domus sanctificata, i. e. Hierosolyma, باب الصغير *bâbüf-seghyru*, Porta parva, Nomen portae Damascena. Nota porro modum loquendi Arabicum *زيد العالم اخوه* *zejdül âlimü achühu*, Zeidus doctus frater ejus, pro Zeidus ille, cujus frater est doctus; cujus constructio seu concordantia differt à superiore, quia illud concordat in omnibus cum suo Substantivo praeter Plurale non rationale, ut dictum est, hoc verò non concordat cum sequente suo Substantivo proprio nisi in genere & numero, debet autem concordare cum precedente substantivo quantumvis non suo in casu & determinatione Articulari. Et posterius substantivum se habet tanquam agens respectu Adjectivi, in quo subintelligitur Verbum. Et quia, ut infra dicitur, dum agens sequitur Verbum, hoc elegantius in singulari adhibetur, quamvis agens sequens sit Duale vel Plurale, ita hic Adjectivum requiritur regulariter singulare, quamvis substantivum ejus sit Duale vel Plurale. Potest tamen, cum Plurale est Substantivum, Plurale etiam esse Adjectivum praecedens, sed Plurale fractum, non verò sanum. Qua facilius subjectis exemplis percipies. *زيد الجميلة زوجته* *zejdül*, vel absolutè *zejdün*, *el gemiletü zewgetühu*. Zeidus pulchra uxor ejus, i. e. Zeidus, cujus uxor pulchra, seu habens uxorem pulchram *زيد الجميلة* *zejdin*, *el gemileti zewgetühu*. Zeidi pulchrae uxor ejus, i. e. Zeidi habentis pulchram uxorem, *زيد الجميلة زوجته* *zejden*, *el gemilete zewgetühu*, Zeidum pulchram uxorem, pro Zeidum cujus uxor pulchra. Sic *رجل جميلة امراته* *regiülün gemiletün im-rätühu*, vel *gemiletü-mrätühu*, vir quidam, cujus pulchra uxor, sic in Duali *الزيدان الجميلة امراتهما* *ezejdâni gemiletü-mrätâhümâ*, duo Zeidi, quorum amborum pulchrae uxores, *الزيدان الجميلة امراتهما* *ezejdejnîl-gemileti-mrätâhümâ*, duorum Zeidorum, quorum amborum pulchrae uxores. *الزيدان الجميلة امراتهما* *ezejdeinîl-gemilete-mrätâhümâ*, duos Zeidos quorum uxores pulchrae. In Plurali *الزيدون الجميلة نساؤهم* *ezejdânel-gemiletü nisâühüm*, Zeidi plures, quorum pulchrae uxores, *الزيدان الجميلة نساؤهم* *ezejdejnîl-gemileti nisâühüm*, Zeidorum, quorum pulchrae uxores, *الزيدون الجميلة نساؤهم* *ezejdejnîl-gemilete nisâühüm*, Zeidos, quorum pulchrae uxores. Dicitur etiam potest *الزيدون الجمال نساؤهم* *ezejdânel-gimälü nisâühüm*, Zeidi quorum pulchrae uxores, cum Plurali fracto, ut & sine articulo *رجالاً جمالاً نساؤهم* *rigiâlen gimâlen nisâühüm*, viros, quorum pulchrae

pulchræ uxores, & id totum est quasi loco adjectivi respectu primi substantivi, ut *الزیدون* *ezzejdüne ġemiletün nisāühüm*, Zeidi, pulchræ sunt uxores eorum, est in-
star predicati respectu substantivi sequentis. Porro idem intelligendum de substantivo fe-
minino, ut *امرأة عالم زوجها* *imrätün älimün zewġiühā*, mulier quædam, cujus vir doctus,
امرأتان عالم زوجها *imrätāni älimün zewġiähümā*, duæ quædam mulieres, quarum viri
docti, vel cum articulo, *الامراتين العالم زوجها* *el imrâtejnit- älimi zewġiähümā*, dua-
rum mulierum, quarum viri docti, & in Pl. *النساء العالم ازواجهن* *en-nisāül- älimü ezwā-
ġiühünne*, plures mulieres, quarum viri docti, vel *النساء العلماء ازواجهن* *ennisāül- äle-
māü ezwāġiühünne*, Idem.

Quotiescumque autem ejusmodi Adjectivum fuerit Participium Passivum vel Adje-
ctivum qualificans, quod est Participium Verbi Intransitivi & dicitur *صفة مشبهة* *syfetüm
müsebbehetün*, Adjectivum assimilatum, tunc licebit construere illud, ut mox dictum est:
licebit etiam & annexere ipsum Adjectivum suo sequenti subjecto in genitivo, ut *هند العالمة*
hindün, vel *hindül- älimetüz zewġi*, Hinda docta viro, cujus vir doctus, sic *امرأة
عالمة الزوج* *imrätün älimetüz-zewġi*, mulier quædam docta viro. *امرأة جميلة الوجه*
imrätün ġemiletül wegħi, mulier pulchra faciei, seu quæ pulchram habet faciem, aut facie
pulchra est, sic *رجل جميل الزوجة* *regiülün ġemilüz-zewġeti*, pulcher uxore, cujus uxor
pulchra. *رجل مضروب الأب* *regiülün mazrübülebi*, vir quidam percussus patre, cujus
pater percussus, *زيد المضروب الأب* *zejdül-mazrübülebi*, Zeidus percussus patre; quod
etiam licet dicere *زيد المضروب أباً* *zejdül-mazrübü eben*, Zeidus percussus patre, cujus
pater percussus. Et ita dicere licebit triplici modo, v. g. *حبشي ابيض اسنانه* *habesijün*,
vel *habesijün ebjazü esnānūhu*, Æthiops, cujus albi dentes, vel *حبشي ابيض الاسنان* *hab-
esijün ebjazul-esnāni*, q. albus dentium, & *حبشي ابيض سناً* *habesijün ebjazü sinnen*, q.
albus dentes, vel dentibus; & cum articulo *الحبشي ابيض اسنانه* *el habesijül-ebjazü es-
nānūhu*, Æthiops ille, cujus dentes albi, vel *الحبشي ابيض الاسنان* *el habesijül-ebjazül-
esnāni*, albus dentium, *الحبشي ابيض سناً* *el habesijül-ebjazü sinnen*, albus dentes. Sic
Participium Passivum *حبشي مضروب صلبه* *habesijün mazrübün sulbūhu*, Æthiops, cujus
dorsum percussum, *مضروب الصلب* *mazrübūf-sulbi*, *مضروب صلباً* *mazrübün sulben*,
& cum articulo similiter *الحبشي المضروب صلباً* *el habesijül-mazrübü sulben*, vel *المضروب
صلبه* *ül mazrübü sulbūhu*, & *المضروب الصلب* *ül mazrübūf-sulbi*, Æthiops ille percuf-
sus dorso, vel cujus dorsum percussum. Hæc ex Guadagn.

Turcæ igitur, uti utuntur sæpe Adjectivis tam Arabicis, quàm Persicis, ita ea præpo-
nere suo modo possunt Substantivis, ut *بر عظيم كتاب* *bir äzým kitāb*, magnus liber,
بر عظيم كتابك *bir äzým kitābün*, magni libri, *عظيم كتابدن* *äzým kitābten*, ex ma-
gno libro, *عظيم كتابلم* *äzým kitābler*, magni libri, &c. Ea tamen sæpe postponunt
cum annexione illa perpetua prolatitia, vel, *ي* vel *ئ*, modo, quo in Persicis dixi,
ut *بر كتاب عظيم* *bir kitābi äzým*, liber magnus, *بر كتاب عظيمده* *bir kitābi äzým-
de*, in quodam libro magno. Sic in Plurali *حجار كبيرتك يغني* *hyġiārī kebiretün- iyġhy-
ny*, acervus lapidum magnorum. Sic *عصاف جميلة* *ewsāfi ġemile*, prædicata egregia,
qualitates pulchræ. Si autem fuerit ex ultimo ordine Adjectivum articulo determinatum
Substantivo articulum non habenti adjunctum, tunc illud sic manet in Turcicis, in quo-
cunque casu ponatur, ut *بيت المقدسه وادي* *beitül mukadd. se wardy*, ivit Hierosolymam.
Talia enim censentur composita, etiam reali annexione annexa, & sic, ut accipiuntur in No-
minativo, ita adhibentur à Turcis in quocunque casu, v. g. *عبدالله* *äbdüllāhi*, servus Dei,
& Nom. prop. & in Plurali *عباد الله* *yħādüllāhi*, servi Dei; quæ Turcæ, ut dictum est,
adhuc demptâ semper ultimâ vocali, *äbdüllāh* & *yħādüllāh*. Dicent ergo, e. g. *عبدالله*
äbdüllābi (non *äbdellābi*) *gordüm*, vidi servum Dei. Sic *عباد الله مرحمتلو* *yħā-
düllāhi merhemetlü*, servis Dei, seu in servos Dei, vel subditos misericors, clemens.

Persica porò Adjectiva similiter aut suo modo præponunt, ut *خوب صورت* *chüb äw-
ret*,

ret, aut postponunt more Persico *زن خوب zenī chūb*, pulchra mulier. Sic *دوستان قدیمه dostānī kədime didūm*, amicis antiquis dixi. Nota tamen, non posse talia Adjectiva Arabica aut Persica postponi Substantivis Turcicis, sed hæc debere esse aut Persica aut Arabica ad libitum, ut non potest dici *مش شیرین jemišī širīn*, sed bene *شیرین شیرین jemišī širīn*, dulcis fructus; sed ad hoc ut illud *شیرین شیرین* postponere possis, opus est Substantivo aut Arabico aut Persico ad libitum. Sic ergo dicendum esset cum Arabico *ثمر شیرین semerī širīn*, vel *ثمره شیرین semerešī širīn*, seu *ثمره شیرین semerešī širīn*, aut cum Persico *بر شیرین berī širīn*, vel *میوه شیرین mejuve*, vel *میوه شیرین miwešī širīn*, fructus dulcis. Sic non potest Turcicè dici *سيف تيز kylygī tiz*, sed *تيز kylygī*, at optimè cum Persico *شمیر تيز simširī tiz*, vel cum Arabico *سيف تيز seffī tiz*, acutus gladius. Quod intelligendum etiam de Annexione Substantivi cum Substantivo, de qua infra.

Participia, Pronomina & numeralia construuntur more Adjectivorum in Turcicis, h. e. præponuntur suo Substantivo. Sed in Persicis, immò & in Arabicis Pronomina separata demonstrativa præponuntur Substantivo, ut *از این جانب ez in gīanib*, ex hac parte, *من هذا الجانب min hāzel gīanibi*. Idem, ex hac parte.

Denique, si utrumque nomen Substantivum & Adjectivum sit Arabicum, concordabunt etiam in genere, diciturque, v. g. *مدینه منوره medinetī mūnewwere*, aut, quia infra dicendum est Arabica nomina foemina in *ة* desinentia verti à Turcis, vel in *ت*, vel detractis punctis in *و* otiosum, *مدینه منوره medinetī mūnewwere*, Civitas illuminata (sic vocant Medinam, ubi sepultus est eorum Pseudopropheta Mahomet) Aliàs Turcicè constructione esset *مدینه منوره اولان mūnewwer olan medine*. Sic *اوصاف جمیله سی evvā sāfi gīmīlešī*, ejus qualitates pulchræ, eximiae dotes, laudes. Pluralia enim, pec. irrationalium, foemini esse generis dictum est, & optimè construi cum singulari Adjectivo foeminino, ut hic vides, quamquam id non ita exactè servent in familiari sermone, aut etiam in libris ipsis, & in Persicis quidem minimè; dicitur enim *هفته مبارک heftešī mūbārek*, non *مبارکه mūbāreke*, licet Arabica videatur esse terminatio foemini: sed ideo id fit, quia in Persicis non datur generis distinctio.

Concordantia Relativi cum antecedente.

De Relativo Turcico & Persico *که ki* dictum est Part, 3. Cap. 2.

¶ De Arabico *الذي ellezī*, qui, restat adhuc aliquid dicendum.

Concordat itaque cum antecedente in genere & numero, non autem in casu. Sic dicitur *الرجل الذي erreğiülül-lezī*, vir qui, *الرجل الذي erreğiülül-lezī*, viri qui, *الرجل الذي erreğiülel-lezī*, virum qui. Dual. *الرجلان الذين erreğiülānil-lezāni*, duo viri qui, *الرجلین الذين erreğiülejnīl-lezāni*, duorum virorum qui, & quos, Plur. *الرجال الذين erreğiälül-lezīne*, viri qui, quorum, quibus, quos. Sic *الرجال الرجال erreğiälē*, virorum, *الرجال الرجال erreğiälē*, viros, &c. Sic *الامرأة التي el imrätül-letī*, mulier quæ, cujus, cui, quam. Dual. *الامرتان التان el imrätānil-letāni*, vel *illetjūni*, duæ mulieres quæ, quarum, &c. *نساء اللاواتی niswetül-lāwātī*, vel *اللآئی üllāi*, vel *اللآئی üllāi*, vel *اللآئی üllātī*, mulieres quæ, quarum, &c.

Cum autem Plurale antecedens fuerit non rationale, Relativum ponitur foemininum singulare, uti non rectè diceretur *الكتب الذين el kütübül-lezīne*, libri qui, sed dici debet *الكتب التي el kütübül-letī*, libri qui. Quod fit etiam in Pronominibus personalibus reciprocis, ut *أخذت كتباً وقرأتها acaztü kütüben ve kereetühā*, sumpsi libros quosdam & legi eos. Rarè autem usurpatur hoc Relativum in obliquis casibus, maxime in Singulari, sed Affixis ipse defectus suppletur, ut *ضربني الرجل الذي نصرته zarabenir-regiülül-lezī nasertübu*, percussit me vir ille, quem adjuveram, & in Duali *ضربني الرجلان الذين نصرتهما zarabenir-regiülānil-lezāni nasertühümā*, quod etiam simpliciter dici potest *ضربني الرجلان الذين نصرته zarabenir-regiülānil-lezejni nasertü*, percusserunt me duo viri, quos adjuveram.

Omittunt saepe ipsam Relativum *الذي ellezī*, & utuntur solo Affixo, ut in exemplis superioribus Adjectivi cum Substantivo habuisti. Sic dicunt *الله جل شانه allāhü gelle sānūhu*, Deus, cujus gloriosus est status, q. Deus, gloriosus fuit, est, & erit status ejus, quod nos diceremus, Deus gloriosus, potens, &c.

Cæterum hujusmodi Pronomina, sive relativa, sive personalia affixa prærequirunt

sem-

semper antecedens, ad quod referantur, saltem ut virtualiter precedat, si non prolatime. Unde dicere licet الذي خلقنا هو يدبرنا *ellezi chalakanā hüwe jüdebbirünā*, qui creavit nos, ipse regit nos, quia scilicet praetelligitur antecedens ille. Licebit etiam dicere ضرب غلامه زيد *zerebe ghulāmehu zejdün*, percussit servum suum Zeidus, quia virtualiter precedit antecedens, agens Verbi, seu Nominativus; non item licet dicere ضرب غلامه زيد *zerebe ghulāmühu zejden*, percussit servus ejus Zeidum, q. زيد *zejden* est patiens, & sic nec virtualiter precedere potest. Sic dici potest في داره زيد *fī dārihi zejdün*, in atrio suo Zeidus, quia زيد *zejdün* virtualiter precedit tanquam basis enuntiationis. Nec bene dicitur في الدار صاحبها *sāhybühā fiddāri*, Dominus ejus in atrio est, quia non precedit antecedens, sed dici debet في الدار صاحبها *fid-dāri sāhybühā*, in atrio Dominus ejus, vel صاحب الدار فيها *sāhybūd-dāri fihā*, Dominus atrii est in eo.

Concordantia Substantivi cum Substantivo.

Quotiescunque duo nomina Substantiva, non solum rerum diversarum, sed & ad eandem rem pertinentia in oratione continuantur, alterum erit Genitivi casus, eorum enim etiam, quæ in Latinis & Germanicis casu concordant, ponunt Turcæ, Arabes & Persæ, ut Itali & Galli, alterum in Genitivo, ut Urbs Vienna, die Stadt Wienn / dicitur Turca *bec sehri*, aut ex Arabico & Persico *medinei bec*. La Città di Vienna. La Ville de Vienne. Sic ولاية اردل *erdel wilājeti*, vel ex Arabico ولاية اردل *wilājt-ī erdel*, Regio Transylvania, vel Transilvanix. Il paese di Transilvania. طونا ارمعي *tuna irmaghy*, vel نهر طونا *nehri tuna*, Fluvius Danubius, & sic de aliis, quæ construuntur eodem modo, quo alia duo Substantiva diversarum rerum, quorum in latina aliique Linguis alterum est in Genitivo: hoc tamen observato, quod in Etymologia fusè explicavimus, quod nimirum Genitivus debet in Turcicis precedere alterum Substantivum, ut in Germanicis; alteri verò Substantivo additur ي vel سي *si* possessivum, v. g. باشانك اوغلي *pāsanün-oghly*, Filius Bassæ, seu Gubernatoris provincie. Desß Stadthalters sein Sohn. Il figliuolo del Bassà, ò Governatore. باشانك اوغلينيك يولداسي *pāsanün-oghlynün-joldasi*. Filii Bassæ socius, confors, & conjux. Desß Bassa seines Sohns Gespan, oder Gesmahlin. Il compagno, ò consorte, la moglie del figliuolo del Bassà, sic per omnes casus. باشانك اوغلينيك يولداسينه *pāsanün-oghlynün-joldasine*, socio, vel conjugii filii Bassæ. Sic باشانك اوغلينيك توابعلي *pāsanün-oghlynün-tewābi-leri*, Asseclæ filii Bassæ. Ubi nota, Plurali Arabico addi etiam posse notam Pluralis Turcicam, ut hic توابعلي *tewābi-leri*, pro توابعي *tewābi-y*. Revoca etiam huc, quæ Part. 3. Cap. 3. dicta sunt, quod nempe Nominis indeterminati omittatur characteristica Genitivi, ut si dicatur Germanicè Cines Bassa Sohn Ital. Il figlio d'un Bassà, ò figlio di Bassà, Turcicè dicendum est باشا اوغلي *pāsa oghly*, & non باشانك *pāsanün*, quia hoc ultimum significat Desß Bassa / del Governatore, determinatè.

Ubi autem expressa numero aliquo fuerit quantitas rei, Genitivus ille non præponitur sed illud Substantivum quod deberet esse in Genitivo postponitur in Nominativo, ut بر الای *bir alaj bærāmzāde*, aliquot nequam, seu una turba nequam hominum, q. illegitimè natorum, una mano di forsanti. Sic ايكی قدح شراب *iki kadah šerāb*, duo scyphi vini, اون كيله بغداد *on kile boghday*, decem mensuræ tritici; planè ut in Germanicis; Ein Menge Schälke / Böhswicht / zwey Gläser Wein / zehen Regen Weizen, &c. Sic رأس قيون *elli bir bas*, vel rees kojun, quinquaginta capita ovium h. e. 50. oves. قطعہ قاليون *jigirmi päre*, vel kyt-ä kalijon, viginti naves majores, zweinsig Kriegs-Schiff / vinti pezzi di galeoni, 20. galeoni. Sic in numerando sæpe addunt quid simile, ut de hominibus dicunt كشي *kisi*, vel usit. نفر *neser*, persona, اوچ نفر يکچري *üç neser ien-yçeri*, 20. Janissarii: de animalibus باش *bas* vel رأس *rees*, caput, de armis قبضه *kabza*, manubrium, de majoribus rebus, etiam de pagis پاره *päre* vel قطعہ *kyt-ä*, pars, Stud / de minoribus دانه *dāne*, tane, granum, de æqualibus rebus عدد *aded*, numerus, &c. Sic etiam dicitur بر لقمه اتمک *bir lokma etmek*, frustum

flum panis, ein Stuck Brod / بر ايجوم سو *bir içüm su*, haustus aquæ, لوج وقته زعفران, *uc wakÿje* (vul. اوقه *oka*) *zæferan*, tres libræ croci, drey Pfund Saffran. *Vide præcitatum Cap. 3. Partis 3.* & hîc nota, quòd numeris adjungatur nomen verbumque in Singulari, nec nisi rarissimè in Plurali ponantur, iidemque numeri præponi soleant ut Adjectiva Substantivis, nisi in rationibus expensi vel accepti, seu, ut vocamus, registris, quæ sic, ut plurimum, fiunt

چوقه	اريد	ات	اتك	عربه	باركبير	يولجى
اندازه	كيله	وقته	عدد	پاره	رأس	نفر
۱۰	۴	۷	۳۲	۵	۲۰	۱۵

Legunturque hoc modo *jolgi nefer onbes*, viatores numero ۱۶. *bârgîr rees jigirmi*, veredi, equi num. 20. *âraba pâre bes*, currus num. ۶. *ctmek âded otuz iki*, panes num. 32. *et wakÿje iedy*, carnis libræ 7. *arpa kile dört*, hordei mensuræ 4. *cioka*, (*cioha*) *endâze on*, panni ulnæ 10. Quæ aliàs solent scribere caractere قردم *kyrma* dicto, fracto nimirum & sæpe punctis destituto adeoque imperitis lectu perdifficili.

Cum exprimenda est materia, ex qua aliquid fit, quod Latini per *ex* reddunt, aut per Adjectivum materiale, id Turcæ exprimere solent per duo Substantiva absque ulla Genitivi aut Ablativi positione, e. g. dicunt كوش قاشق *gümîs kasik*, vel ferè *kasük*, cochlear ex argento, seu cochlear argenteum, التون زنجير *altun zingir*, aureus torques, در قپو *demÿr kapu, kapi*, porta ferrea, اناج قاب *aghaç kab*, vas ligneum. Sic & ارید *arpa su*, cerevisia, بال سو *bal su*, mulfum, hydromeli, quasi dicerent, argentum cochlear, aurum catena, ferrum porta, lignum vas, hordeum aqua, mel aqua, quæ tamen possunt etiam reddi modo nostro كوشدن قاشق *gümîsten kasik*, التوندن زنجير *altundan zingir*, اریددن سو *arpadan su*, &c. ex argento cochlear, ex auro catena, ex hordeo aqua, &c. aut, quod rariùs, كوشلو قاشق *gumîslü kasik*, argenteum cochlear, &c.

In Arabicis quoque Substantivum cum Substantivo Genitivo casu jungitur, ut زيد كتاب *kitâbü zejdin*, liber Zeidi, يد الانسان *jedül insâni*, manus hominis, خاتم ذهب *châtemü zehabin*, annulus auri, aureus, ubi Genitivus semper postponitur. Circa quod notandum primò, constructionem hujusmodi vocari Arabicè الإضافة *el-yzâfesü*, annexio, & dicitur utrumque Substantivum sic annexum الاسم المضاف *el-ismül-muzâfû*, nomen annexum, & separatim primum dicitur مضاف muzâfün, posterius verò, quod in Genitivo est مضاف اليه *muzâfün ilejh*, cui annexum est. Duplicem autem dicunt esse Annexionem, alia enim dicitur إضافة معنوية *yzâfetün mânewijetün* (Turcis اضافه معنوية *yzâfetü mânewije*) annexio realis, seu realiter significans, vel حقيقة *hakÿkjjetün*, vera: altera autem dicitur لفظية *lefzÿjjetün*, prolatitia, seu prolatione tantum, غير حقيقة *ghajrü hakÿkjjetin*, non vera. Vera & realis est, quando potest resolvi per particulam *li*, quæ est nota Dativi, & sæpe Genitivi nostri casus, significans possessionem, vel dominium, ut in exemplo superiore زيد كتاب *kitâbü zejdin*, liber Zeidi, importatur dominium, seu possessio, quâ Zeidus obtinet librum, perinde ac si diceretur الكتاب الذي لزيد *el kitâbüllezi li zejdin*, liber, qui est Zeido, seu Zeidi, vel quem habet Zeidus, vel simpliciter كتاب لزيد *kitâbü li zejdin*, liber, qui Zeido, vel Zeidi est. Vera quoque dicitur, quæ resolvi potest per particulam *min*, ex, de, quæ importat materiam, ex qua, ut خاتم ذهب *châtemü zehabin*, annulus auri, resolvi sic potest خاتم من ذهب *el-châtimüllezi min zehabin*, annulus qui est ex auro, vel simpliciter خاتم من ذهب *châtimün min zehabin*, annulus ex auro. Porro vera etiam censetur quæ per *fi* resolvi potest, ut ضرب اليوم *zarbüllezi fil jewmi*, percussio hujus diei, quia resolvi potest الذي الذي في اليوم *az-zarbüllezi fil jewmi*, percussio quæ in hac die fuit, &c. Cætera autem Annexiones quæ his tribus modis resolvi non possunt dicuntur tantum prolatione, non significatione.

Quando igitur Annexio vera est, tunc nomen Annexum, nempe prius, quod alteri

in

in Genitivo existenti innititur carere debet articulo, & tenuino, hoc est ن : & si Duale sit aut Plurale sanum Masculinum, privanda erunt suis ن finalibus, ut كتاب زيد *Kitābū zejdin*, liber Zeidi, كتابا زيد *Kitābā zejdin*, duo libri Zeidi. Plurali autem sano, ut antè dictum est, post و solent tunc addere ل elif otiosum, ut بنوا زيد *benū zejdin*, filii Zeidi. Non licet igitur dicere كتاب زيد *Kitābū zejdin*, vel الكتاب زيد *elkitābū zejdin*, neque كتابان زيد *Kitābāni zejdin*, neque بنون زيد *benūne zejdin*, neque البنوا زيد *elbenū zejdin*; sed uti supra.

Altera Annexio, quae est secundum prolationem tantum, non vera & realis, est primò Annexio Agentis ad suum Patiens, ut ضارب زيد *zāribū zejdin*, percutiens, seu percussor Zeidi, quando sensus est de actione praesenti vel futura: nam quando sensus est de actione praeterita, Annexio censetur vera, pertinens ad priorem. Secundò Annexio Adjectivi qualificantis ad suum Subiectum, ut حسن الوجه *hasenūl wegħi*, pulcher faciei, quod nos dicimus, facie pulcher. Tertio Annexio patientis ad nomen aliud explicans peculiare Subiectum passionis, ut مضروب الظهر *mazrūbuz-zehri*, percussus dorſi, seu dorſo.

In eiusmodi ergo Annexionibus non realibus nomen Annexum necessarid privandum erit tenuino ن finali, si Duale aut Plurale sanum sit, non tamen necessarid privari debet articulo, sed potest esse vel cum articulo vel sine eo, prout sensus est de determinato aut de vago seu indeterminato, ut ضارب العبد *zāribūl ābdi*, & الضارب العبد *ez zāribūl ābdi*, percutiens seu percussor servi, Italicè redderetur, Battitore vel un battitore del seruo, posterius, il battitore del seruo. Si tamen nomen, cui sit Annexio, seu quod est in Genitivo, fuerit nomen proprium, licebit quidem juxta sensus exigentiam dicere cum Articulo Annexi, si fuerit in Duali vel Plurali, ut ناصر زيد *nāsyra zejdin*, vel الناصرا زيد *en-nāsyra zejdin*, duo adjutores Zeidi, & الناصرو زيد *en-nāsyru zejdin*, plures adjutores Zeidi. Non autem licebit dicere cum Articulo Annexi si fuerit in Singulari; quare non dices ناصر زيد *en-nāsyru zejdin*, sed sine Articulo ناصر زيد *nāsyru zejdin*, Adjutor Zeidi. Quod si dicere volueris cum Articulo determinante, dic ناصر زيدا *ennāsyru zejden*, adjuvans Zeidum, sed tunc non erit Annexum, sed tanquam participium reget casum sui Verbi.

In ceteris verò Annexionibus necessarid privandum erit Nomen Annexum & articulo & tenuino ن Duali vel Plurali.

De nomine posteriore, cui prius annectitur, nulla difficultas, ponitur enim aut cum articulo si sit determinatum, aut sine articulo si fuerit vagum seu indeterminatum, quod alibi declaratum est.

Quod si nomen Annexum habeat epithetum seu Adjectivum, hoc non ponitur nisi post nomen posterius, cui prius annectitur. Nec enim, ut supra innui, dici potest رأيت ملاك عزيز *reejtū melāke āzizallāhi*, sed رأيت ملاك الله العزيز *reejtū melākallāhil-āzize*, vidi Angelum Dei fortem.

Perſæ quoque in concursu duorum Substantivorum utuntur simplici, aut, si vis, reali annexione absque alia Genitivi nota, ut كتاب پدر من *Kitābī pederī men*, liber patris mei, سلامت مردم *selāmetī merdūm*, salus hominis, حكايت آن رويه *hykājeti ān rūbāh*, hiltoria illius vulpis, إقليم پارس *yklimī pārs*, Regnum Parthorum, درگاه خدا *dergāhī chudā*, Aula Dei. Atque perpetua est in quolibet casu terminatio prioris, seu Annexi Substantivi, additur nimirum *kefra*, h. e. calci prioris nominis illud ئ breve, quo annectitur alteri Substantivo immutato, quod tamen nostro modo diceremus esse in Genitivo. Si autem nomen Annexum desinat in ا و و ا , realiter adscribitur ئ ئ , & si desinat in ئ ئ , vel in ئ ئ , vel ئ , adscribitur ئ *hemza* cum *kefra*, ئ , eo modo, quo tibi explicui, dum egi de concordantia Adjectivi cum Substantivo, e. g. پاشاي شام *pāšāi šām*, Basſa, seu Gubernator Damasci, كتحداي وزير اعظم *ketchudāi vezirī āzem*, Praefectus Aulae supremi Vefirii aut Ministri. تيموي صحرا *tihūi sahrā*, perdix campi, بوي گل *būi gūl*, odor rosæ, پدر پادشاهي *pādisāhī peder*, Regnum patris, خانه برادر *chā-*

chānēi būvāder, domus fratris. Hanc autem Annexionem realem vocant plerumque *yzāfeti lāmije*, quasi quæ potest resolvi per *l* et particulam Arabicam possessionis, ut dictum est, significativam. Annexionem autem Substantivi cum Adjectivo, & methaphoricam, seu quæ realis possessionis nihil habet, vocant *yzāfeti bejanije*, annexio explicativa, ut *ejjāmi gūzeſte*, dies, vel tempora præterita, *chābī nūſin*, somnus suavis, *menī miskīn*, quod dicunt Turca *ben ſekyr*, ego pauper, miserabilis. Sic *dājei ebr*, nutrix nubis, seu nubes, q. herbarum nutrix, *chyl-ēti newrūz*, vestis æquinoctii, viror, *bārāni rahmet*, pluvia misericordiae aut clementiae, & similia.

Sciendum etiam Persas dum utuntur hujusmodi annexionibus, etiam si nomina sint Arabica eodem modo ea efferre adjecto nimirum *i* ultimæ consonanti aut vocali Annexi. Immo si Arabicum nomen exeat in *y* proferendum ut *ā*, tunc in constructione vertunt *y* in *ī*, & huic addunt suum *y* breve *i*, ut *temennāi ſifā-ēt*, petitio intercessionis, sic in *ma-nā*, *de wā*, *mevlā*, &c.

Sunt præterea quaedam Verba irregularia, que vocantur *سماعية* *sūmā-yye*, audibilia, que aliquid singularis habent in constructione; suntque Deficientia, de quibus jam egimus in paragrapho præcedenti; sunt præterea أفعال المقاربة *ef-ālül-mükārebeti*, Verba propinquitatis, *والذم* *af-ālül-medhy wez-zemmi*, verba laudis & improprietatis, & أفعال القلوب *af-ālül-kulūbi*, Verba cordium, vel alio nomine *واليقين* *af-ālūs-sekki wel jakjñi*, Verba dubitationis & certitudinis, de quibus breviter hic agendum videtur.

Verba propinquitatis sunt *عسى* *āsā*, sed quia non flectitur, recensetur inter particulas, *و* æquivalens nostro fortasse, forsitan, *كان* *kāde*, propè fuit, ferè, *وشك* *wešūke*, parum abfuit, *طفق* *tafyka*, attendit perseveranter facere, *كرب* *kerebe*, appropinquavit, propè fuit, *أخذ* *acheze*, cœpit, assumpsit, *جعل* *ge-ēle*, apposuit, cœpit, quibus sic utuntur: e. g. *عسى زيد يخرج* *āsā zejdün jachrüge*, vel elegantius *عسى زيد ان يخرج* *āsā zejdün en jachrüge*, forsitan Zeidus egredietur, in eo est, ut egredietur, *سرت من جبل* *sirtū min gebeli*, seu parum abfuit, quin Mahometes se præcipitaret de monte; potest etiam addi *ان* *en* ut supra, sed minus eleganter. Eodem modo construitur *وشك* *wešūke*, seu *اوشك* *ewšeke*, propè fuit, parum abfuit. Sic semper affirmativè *يا تفق* *tafeka*, & *يا تفق* *tafyka jef-ālül zā*, attendit facere hoc, omni studio, omni applicatione instat operi. Similiter *كرب* *kerebe jef-ālül kezā*, propè fuit, ut faceret hoc. Porro semper sine *ان* *en*, *أخذ* *acheze nühün jüsalli*, cœpit Noë orare, *و* eodem modo *جعل* *ge-ēle jachtūbe*, cœpit concionari.

Verba laudis sunt duo *نعم* *ni-me*, & *نعمة* *ne-yme*, *نيمة* *ni-yme* & *نعمة* *ne-me*, bonus est vel fuit, *و* *حبذا* *habbezā*, amabilis est; duoque improprietatis, seu vituperationis *بيس* *bise*, malus est, *و* *ساء* *sā-e*, malus, iniquus, vel odibilis est. Non flectuntur, *و* ad summum suscipiant *ت* *notām generis fæminini*, quam tamen non admittit *حبذا* *habbezā*, *و* regere possunt duos Nominativos determinatos, ut *نعم الرجل نوح* *ni-me regiülü nühün*, est bonus homo Noë, *تأخرون الى جهنم ويس المهاد* *tühserüne ilā gehenneme we bisel-mihādü*, colligemini in Infernum, & malus est lectus. Coran. Potest etiam prædicatum poni in Accusativo sine articulo, sed minus usitatè, ut *نعم رجلاً نوح* *ni-me regiülen nühün*, bonus homo est Noë, *بيس رجلاً زيد* *bise regiülen zejdün*, malus homo est Zeidus. Dices præterea *ساء الرجل نوح* *sā-e regiülü nühün*, amabilis homo est Noë, *بيس الرجل زيد* *bise regiülü zejdün*, odibilis homo est Zeidus. Additur interdum duobus primis particula *ما* *mā*, *و* dicitur *نعماً* *ni-ammā*, *نعمة* *ne-ymmā*, vel *نيمة* *ni-ymnū*, bonus est, elegans est, *و* *بيساً* *bī semā*, malus, odibilis est.

Verba cordium seu dubietatis & certitudinis, aut opinionis & scientie sunt *أبى* *re-ā*, vidit, *وجد* *wegede*, invenit, comperit, *علم* *ēlime*, scivit, novit, *خال* *chāle*, imaginatus est, *حسب* *hæsibe*, censuit, arbitratus est, putavit, *ظن* *zanne*, opinatus est, existimavit, *زعم* *zæ-me*, opinatus est, que construuntur cum duplici Accusativo, quibus

nos adderemus Infinitivum esse, ut رأى خام نوحاً منكشفاً *re-ā chāmū nūhan mūnkšifan*, vidit Cham Noachum esse detectum, nudatum, وجدت نوحاً قوياً *wegedtü nūhan kawījen*, reperi, comperi Noë esse fortem, علمت زیداً عالماً *ālimtü zeiden ālimen*, novi Zeidum esse doctum, خال محمد الناس بهائم *chāle muhamedün ennāse behāime*, imaginatus est Mahometes homines esse jumenta, ظننت أباك غنياً *zanentü ebāke ghanījen*, existimavi patrem tuum esse divitem, زعم الفيلسوف العالم سرمدياً *ze-āmel-feylesūfūl-āleme fermedijen*, opinatus est Philosophus mundum fuisse æternum. Dicit etiam potest زيدٌ *zejdū* علمت كذاباً *zejdün ālimtü kezābūn*, Zeidus, novi, est impostor, موسى نبيٌّ *mu-sā nebījūn ālimtü*. Item علمت لزيدٌ عبدٌ *ālimtü lezejdün ābdūn*, novi, utique Zeidus est servus & interposita negativa, علمت ما زيدٌ عالمٌ *ālimtü mā zejdün ālimūn*, novi, non est Zeidus doctus, vel cum interrogativa رأيت زیداً هاهنا ام عمرو *re-ējte e zejdün hāhūnā em āmrūn*, vidisti, num Zeidus est hic, an Amrus, علمت أيهما قائمٌ *ālimte ejjukūmā kāimūn*, nōsti, uter ipsorum est stans.

Ceterum dantur etiam quoque Verba que construuntur cum duobus Accusativis, ut sunt derivativa secundae conjugationis Verborum deficientium, de quibus in paragrafo praecedenti, sic جعل الله نوحاً نبياً *ge-āllāhū nūhan nebījen*, fecit, constituit Deus Noë prophetam, ترك المولى العبد مريضاً *terekel-mewlel-ābde merīzan*, reliquit herus servum infirmum, ارسل السلطان زیداً قاضياً *erfetef-sultānū zeiden kāzyjen*, misit Princeps Zeidum judicem, per Giudice أرضاً *femmallāhūl-jūbse erzan*, vocavit Deus aridam terram. Et quia Verba transitiva in secundam tam secundam quam quartam conjugationis regunt duplicem Accusativum, in quem transeunt, his Verbis opinionis & scientiae accidere potest ut tres Accusativos regant, v. g. اريت زیداً نوحاً طوبائياً *erejtü zeiden nūhan tubānījen*, ostendi Zeido Noë esse beatum, *hò fatto vedere a Zeido, che Noë è beato.* Sic علمت زیداً المسيح *ālimtü zejdū el mesīhe ilāhen*, docui Zeidum Christum Deum esse.

Pro Infinitivo nostro adhibetur Infinitivus, seu Verbale Arabicum in Accusativo, ut اريد ضرباً *üridü zeiben*, cupio verberationem, i. e. verberare, vel cum prepositione, ut لا اقدر على الضرب *lā aktyrū ālez-zerbi*, non possum verberare, aut Futurum, praeposito *en*, ut اريد ان اسمع *üridü en esme-ē*, cupio audire, etiam cum prepositione, ut in superiore exemplo لا اقدر على ان اقول *lā aktyrū ālā en akūle*, non possum dicere.

Pertica Verba Activa regunt pleraque Accusativum aut determinatum, h. e. cum *ā* *vā*, aut indeterminatum sub terminatione, prout sensus exigit, Nominativi: quod hoc unico exemplo patet, ما لداريرا شنيدم كه خست نفس جيلي در نهادش همچنان متمكن بود, که ناني بجانى از دست ندادى و كرده ابي هريره را بليقه نواختى وسك اعصاب كهف را استخوانى نينداختى في السجده خانه اورا كسى نديدى در كشاده و سفره اورا سر كشاده *māldārīrā šnīd m ki chyssetī nēssi gībilli der nihādes hemciūnan mütomekkin būd ki nāni biġiāni ez dīst nedādī we gūrbē ābi hūrejrerā be lokmāi nenūwāchtī we seġi āsbāhī kehfrā ūstuchānī nejendāchtī, fīl ġiūmle chāncī orā kesī nedādī der kūšāde we sūfey orā ser kūšāde.* Quendam opulentum tuisse audiui, cujus animum ita infederat vitium avaritiæ, ut ne unum quidem panem pro aliqua anima salvanda ex manu deprompsisset, aut, ut *Gent.* liberandæ animæ impendisset, neque felem Ebuhureiræ (focii Mahometis) vel unā buccellā demulisset, neque cani septem dormientium in spelunca os unum projecisset: in summa, nemo unquam viderat domum ejus portā apertam, mappamve distensam, seu mentlam apparatusam.

Cum duobus etiam Accusativis construuntur nonnulla, ut مرد را خفته بگذاریم *merd-vā chuste būġzarīm*, hominem relinquamus dormientem, & سر بر آورد و کاروان را رفته دید *ser ber āvürdü karwānrā vefte دید*, caput extulit, viatoremque profectos vidit, q. discessisse advertit, & sic et per Infinitivum reddunt: aliàs per *ki*, ut Itali per, *che*.

Multa

Multa sunt, quæ Dativum regunt, ut *یارانرا خبر کرد* *jārānrā chaber kerd*, sociis nuntiavit. Sic *دادن* *dāden*, dare, *طالب شدن* *tālib šūden*, cupidum, studiosum esse, ambire, & alia ferè omnia, quæ in Turcicis specificavimus.

Sic etiam pleraque ejusdem significationis regunt Ablativum, quæ in Turcicis, ut *ترسیدن* *tersīden*, timere, *گذاردن* *gūzārīden*, transire per., trajicere, & similia.

Constructio Verbi Passivi.

Verbum Passivum rariùs adhibetur personaliter cum casu, qui aliàs est Ablativus, ut *اول قلعه اجه بك الندن فتح اولندی* *ol kal-â ege beg elinden fetb olundy*, illa arx manibus Ege begi, seu ab Ege Bego expugnata est; aut aliquando Dativus, ut *اکا طوتلندی* *ak-a tutuldy*, captus ab eo est, q. ipsi. Sed in tali casu vertunt potiùs illud in Activum, uti etiam latinè fieri potest, ut *اول قلعه اجه بك فتح اتمشدی* *ol kal-âi egebeg fetb itmīš idy*, illam arcem expugnârat Ege Begus, &c.

Verùm sine casu, quem regat, frequentissimè usurpatur, immò honoris causâ ferè semper in Literis Nobiliorum usurpatur loco Activi, e. g. *احوالنزدن سوال اولنورسه* *ehvālīn mūzden sūāl olunurşe*, vel *بیوریلورسه* *būjūrīlurşe*, vel *جایز کوریلورسه* *gīāz gūrīlurşe*, si quæretur de nostro statu, pro si quæras, si quætere digneris, &c. Sic *انها و اعلام اولنورکه* *enbā wū y lam olunūr ki*, significatur quòd, pro significo, significamus, &c.

¶ *Idem censendum de Arabicis & Persicis.*

Constructio Participii.

Participia, ut alibi dictum est, suorum Verborum constructionem sequuntur, ut *صالحی سوبجی* *salhī sūwījī*, amans pacem, amator pacis, *یره بقان* *jere bakan*, qui terram aspicit, *اللهدن قورقان* *allāhten korkan*, vel *اللهدن قورقارلام* *allāhten korkar bir ādem*, homo timens Deum. Sic & Arabica, ut *اخبار سلامتکری مشعر و مخبر مکتوبکزی ابله* *achbārī selāmetūn ūzī mūš-yr*, vel *مخبر مکتوبکزی ابله* *muchbir mektūbūn-ūz ile*, cum literis vestris de bona valetudine vestra nos certiores facientibus, & *قوشولوقده اولان مودت و محبتک از دیدنی متضمن* *kon-šulykte olan meveddetū mūhabbetūn-izdi-jādīnī mūtezammin selāmet chaberūn ūzy y-lāmden chālī olmajāsiz*, non prætermittatis nobis communicare nuntia vestræ salutis talia, quæ contineant incrementum amicitie & bonæ in hac vicinitate correspondentie. Lt. Sic *انہر زلملرین مستمع اولوب* *inhizāmle-rin müstemī olup*, cum audivisset eos profligatos esse, eorum eadem & profligationem cum percepisset. Se. Aliàs plerūque, ut dictum est, Participia Activa Arabica gaudent Dativo, ut *علم طالب* *ilmē tālib*, cupidus scientie, quærens scientiam, & saepe annexantur Nomini in Genitivo, sed sub terminatione Nominativi, ut *طالب علم* *tālibī y.m*, idem, quærens scientiam, studens ei. Passivum etiam optimè sic construitur, seu annexitur Genitivo loco Ablativi nostri, ut *مرغوب طبایع* *merghūbī tebāi-y*... desideratum ab animis... Et hæc Participia Passiva sumuntur etiam pro ipsa Actione, item & pro Verbalis nostro in ibilis, vel endus, ut *مقبول* *makhūl*, acceptus, ratihabitus, aliquando pro ipsa acceptatione aut ratihabitione, aliquando pro nostro acceptabilis, & acceptandus, & sic de aliis. Quod accidit etiam in Persicis, ut *کشته* *kūšte*, occisus, occiso, & occidendus; dicitur & *کشتنی* *kūštenī*, occidendus, *مردنی* *mürdenī*, cui est moriendum, mortalis, *آمدنی* *āmedenī*, venturus, cui est veniendum.

CAPUT SEXTUM

De reliquis constructionum modis.

AD quæstionem *ubi?* *کده* *kande*, *هاند* *handa*? respondetur semper per præpositionem *د* *de*, ut *باغچده* *baghčade*, in horto, *بچه* *beče*, Viennæ. Arabice per præpositiones *ب* *bi*, & *فی* *fī*, in. Persicè per præpositiones *در* *der*, & rariùs *به* *be*, in.

Ad quæstionem *quò?* *کنیه* *kanije*, *نهیره* *ne jere*? respondetur per Dativum, ut

Y 3

باغچده

Conjugatione Verborum. Nota etiam modum loquendi مکتوبکتر کلمتزدن بش کون مقدم *mektübün-üz gelmez den bes gün mukaddem*, quinque diebus antequam veniret veltra epistola. Sic وفاتندن ایکی آي صکره *wefätinden iki aj son-ra*, tribus mensibus post obitum ejus. Ll.

¶ In Arabicis respondetur per مذ *müz*, vel منذ *münzü*, *minzü*, de quibus in Etymologia, & per من *min*, à, ab, ex, &c.

Persæ vel per از *ez*, vel per که *ki*, ut Turcæ.

Ad quæstionem quàm procul? seu cùm quæritur distantia loci, quod aliter ac nos faciunt Turcæ. Dicunt enim فلان یر بقدر اراقدر بوندن *fulân jer nekadar iraktur bundan*, (اوزاقدن *uzaktur*) vel بوندن اراقیدر *bundan irakmidür*, quantum distat talis locus ab hinc, quàm procul hinc? vel قاج یردن فلان یره قاج میل وار *fulân jerden fulân jere kac mil war*, vel قاج میل یولدر *kac mil joldür*, quot milliaribus distat hic ab illo locus? Sic قاج کونلک یولدر *kac günlik joldür*, quot horarum iter est? قاج ساعتلق یولدر *kac sa-ätlyk joldür*, quot dierum iter? Respondetur اراق دکل *irak degül*, vel اوزاق دکل *uzak degül*, non est procul, vel per Nominativum اوج میل یردر *uc mit jer dür*, tribus milliaribus distat, sic ساعتلق یولدر ایکی *iki sa-ätlik joldür*, duarum horarum iter est, اوج قونلک یولدر *uc günlik joldür*, aut اوج قوناق یردر *uc konak jer dür*, trium dierum iter est. خیلجده وار *chajlige war*, vel خیلی یولدر *chajli jol dür*, satis magna est distantia, sat procul. اراجق *iragik*, اوزاجق *uzagik*, اوزاقچه *uzakçe*, nonnihil procul, longiuscule, اد رنده ایکی کونلک یولده *edreneje iki günlik jolda*, in distantia duorum dierum ab urbe Adrianopoli, à due giornate di Adrianopoli.

Arab. respondetur per Accusativum. Pers. per Nominativum, & per Composita.

Ad quæstionem quomodo? نیجه *nige*, respondetur aut adverbialiter per ایله *ile*, رعایت ایله *ry-âjet ile*, vel رعایتله *ry-âjet birile*, رعایتاً *ry-âjeten*, honorificè, cum honore, honoris ergo, vel causâ, ال ایله *el ile*, manu, کندو ایله *gнді elüm ile*, propriâ, meâ manu, عینیلله *ejni ile*, planè eodem modo, sic عینیلله اول یرده *ejniile ol jerde*, in eodem planè loco, in quel medej. mo luogo, عشقه ینار *âşkyle janar*, ardet amore: ac sa pè sic redditur causâ, سببیلله *anün-sebebi ile*, ejus causâ, quod etiam per Ablativum انک سببندن *anün-sebebinden*, ipsius causâ, اول سببندن *ol sebebten*, ea de causâ, اندن اوتري *andan otürü*, idem, eapropter, انک ایچون *anün-icün*, idem, propterea, اول لجلدن *ol egilden*, ea de causâ, propterea. Sic dicitur اوکه سندن نطقی طوتلدی *ökefinden nutky tutuldy*, præ ira non potuit loqui. & in hac significatione illud præ semper sic per Ablativum redditur, ut فغانلرندن دورلماز اولدی *fighänlerinden durulmaz oldy*, præ eorum clamoribus subsisti amplius non potest, subsistere nemo potest. Non si può più stare dalle, ò per le loro grida, ò lamentationi. Aliàs quando præ significat respectu, vel in comparationem, tunc ex Arabico dicunt انک نسبتاً *an-a nispeten*, præ illo, in comparatione vel respectu ipsius, & انک نسبت *an-a nispet*, idem, ac in despectum ipsius.

¶ Modus autem Arabicè exprimitur cum prepositione بی *bi*, vel plerumque adverbialiter per Accusativum, ut برعایت *biry-âjetin*, vel رعایتاً *ry-âjeten*, honorificè, honoris ergo, زيد في الدار قائماً *zejdün fid-dârî kâimen*, Zeidus est in atrio stans, q. stanter, ضربت زيداً قائماً *zerebtü zejden kâimen*, percussi Zeidum stantem, dum staret, q. stanter, sic لقيت رجلاً *lekajtû rägülen regiülen*, occurrit mihi pedester vir quidam, piecho. Et hoc Arabes vocant الحال *el-hâl*, dispositionem, statum, modum, aut circumstantiam, qualitatem, &c. Quod autem redderemus per Ablativum, aut per quoad, ratione, respectu, ipsi eodem modo per nudum Accusativum efferunt, ut طاب زيد نفسه *tâ-be zejdün neffen*, bonus est Zeidus, quoad animam, زيد طيب أباً وأبوةً وداراً وعلماً *zejdün tajjibün eben we übüweweten (ebüten, Guadagn.) we dâren, we ylmen*, Zeidus bonus est patre, paternitate, domo, & scientiâ, sic ex Erpen. لامات يسوع الالهية بل مات ناسوتاً *lâ mâte jesü-ü slähijeten bel mâte nâsüten*, Non mortuus est JESUS ratione naturæ divinæ, sed mortuus est ratione naturæ humanæ, Item وفي اصبعه خاتم ذهباً *we fi espe yhi sbätimüm zehoben*, & in digito ejus annulus aureus, quod frequentius dicitur cum annexio-

ne,

ne, خاتم ذهب *chätimü zehebin*. Porro تصبب زيد عرقاً *tesebbebe zejdüm arakan*, perfusus est Zeidus sudore. Et hoc vocant التمييز *ettemiz*, specificatio, distinctio, quae differt à precedenti الحال *elhal* dispositione, quia haec explicat modum, specificatio autem explicat essentiam, utraque autem eodem modo in Accusativo collocatur seu quasi adverbialiter. Causam autem reddunt per من *min*, vel per ل *li*, من اجل *min egli*, ل اجل *egli*.

Perse modum explicant per با *bâ*, به *be*, بر *ber*, برای *berây*, vel per Adjectiva in آن *âne* adverbialiter posita. Causam autem reddunt per از *ez*, ex, از برای *ez berây*, از بهر *ez behri*, propter, نزدیک *nezdik*, pra.

Ad quaestionem quanti? نچده *niceje*, vel بهاسی ندر *behâsi nedür*? quale est pretium ejus? respondetur in Dativo, ut اوچ غروشد الدم *üç ghroşe aldüm*, emi tribus thaleris, شرابک *shrabik* یکی حبه فروخت اتدی *iki habbeje fürücht itty*, duobus obolis vendidit, شرابک *shrabik* او قهسی اتدی *serâbün-okası alty akciaje dür*, vel ساتلور *satylür*, mensura vini venditur sex aspris, اچده سنه دگر *akciajne degter*, valet suum pretium, justo pretio emptum est, vale il suo denaro, il vult son argent. Dicitur tamen انک اچون اوچ *ank ačün uç* ام انک اچون اوچ *am ank ačün uç ghroşe wirdüm*, dedi pro eotres thaleros, id tribus thaleris emi. Ubi nota hos terminos بازار لشق *bazarlaşmak*, mercari, pacisci inter se. Pol. Targowác się / zgodzić się targiem / بازار اتمک *bazar itmek*, & بازار بیچک *bazar biçmek*, facere, concludere mercatum, den. Kauff machen / اتمک *istemek*, pretium petere, liceri. Geysen. Fare. Faire. Cenić / ácenić / cui respondetur ویرمک *wirmek*, dare, offerre, Pol. Podác. بهالو *behâlü*, vul. pahalü, carus, a, um, & caro. Lheut. Cara. Cher. Drogi / drogo / اوچوز *uçuz*, vilis pretii, & vili pretio. Wolfenl. A buon mercato. A bon marché. Tant/tauto. Dicitur etiam به ایلده الیمش بو *behâle alımmış bu*, vel اچده ایلده بو *akcia ile dür bu*, pecuniâ emptum est hoc.

¶ Arabes pretium ponunt in Accusativo, ut & Perse, aut sapius in Nominativo.

Instrumentum redditur per præpositionem ایل *ile*, ut اناختار ایل *anachtar ile* ac, clavi aperi, قلم ایلده یاز *kalem ile yaz*, scribe calamo. Arabes per به *bi*, Perse cum به *be*, cum.

Cum significatur excessus, utuntur sepe præpositione او ده *ode*, ut کورالکده ومرتده *kuralkde wمرتde* جو کا غالبدر *ğuzellikte we mü üwette bu an-a ghâlibtür*, vel بیوانی کچر *bi anı gecer*, hic illum antecellit pulchritudine & humanitate. Quod Arabes per Accusativum, vel per فی *fi* redderent, & Perse per در *der*, vel per به *be*. Caterum dicitur بیواندن اوچ *biwandn uç* اوچ *uç* ووقیه زیاددر *wu andan uç wakýje (ok) zijâde dür*, hoc majus aut gravius illo tribus libris, اوچ پرمق اندن یوکسکدر *uç parmak andan jüsktür*, tribus digitis altior illo.

Mensura, quæ in Latinis in Ablativo, vel Accusativo ponitur, ut plurimum redditur per Nominativum, اندازہ اینلو چوقه *endiže inlü*, vel, ut vul. *enlü cïoka*, vul. *cioba*, tres ulnas latus pannus; vel sic reddunt اینلکی اوزونلغی یکی اندازدر *enliğı, uzunlygy iki endâzedür*, latitudo, longitudo ejus sunt tres ulnae, &c.

¶ Arabes reddunt id per Accusativum, imò etiam Nomen mensurae & ponderis regit mensuratum in Accusativo, ut قعیر شعیراً *kafizü se-jren*, hemimedimus hordei, رطل زیتا *ratlü zejten*, libra olivarum.

De constructione particularum, quibus comprehendî diximus Adverbia, Præpositiones, Conjunctiones, & Interjectiones, actum est in Etymologia.

Atque hæc de Syntaxi sufficiant. Reliqua usus & lectio assidua potius quàm ars & regulæ docebunt.



GRAMMATICÆ TURCICÆ
PARS SEPTIMA
De Profodia & Arte Metrica.

Turcæ, ut sunt eloquentiæ studiosissimi, nullum non tropum figuramve Rhetorices adhibent ad exornandos suos libros aut scripta usque ad hyperbolam amplificanda. Nec enim solum ex circumstantiis illo trito versiculo nostro *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando* comprehensis rem suam aut orationem amplificat, sed ferè singulis Nominibus Substantivis apponunt epitheta sive simplicia, sive composita, ut sunt illa ex duobus Substantivis Arabica & Persica, ludunt identidem in Verbis, sententias, similitudines intermiscunt, &, ut dixi, figuris tropisque utuntur passim ad commotionem aut delectationem adhibitis. Tales sunt interrogatio, apostrophe, repetitio, exclamatio, hypotyposis, gradatio, sustentatio, antitheta, ethopæja, communicatio, prosopopæja & similes. Item frequenter ab eis adhibentur metaphora, synecdoche, metonymia, antonomasia, metalepsis, allegoria, ironia, periphrasis, hyperbole, adjunctio, disjunctio, aposiopesis, synonymia, similiter cadens, &c. Atque his duabus ultimis figuris mirè delectantur, ita ut non solum Verba aut Nomina idem significantia & similiter desinentia accumulent; sed & phrases integras, integra comata, integras periodos tantâ arte adaptare sciunt, ut ferè singulæ singulis syllabæ, nedum dictiones sibi planè respondeant, & ad metrum æquilibriumve appositæ ac conquistæ videantur. Et hæc maximè in soluta oratione adhibentur, quæ ideo in elegantioribus libris stricta quodammodo, metrica & rhythmica dici possent. Ita Coranus, seu, ut nobis dicitur, Alcoranus videtur totus rhythmicus, ita ut poëticum quasi opus censeatur; prout ex eo tot versiculos citat *Guadagnolus*, quos verè versus ad metrum compositos & carmina vocat.

Differt tamen hujusmodi soluta, quantumvis numerosa, figurata aut rhythmica oratio Turcis ex Arabico *كلام مقفا و مستجع Kelamî mukassâ wü mü'seggâ*, vel simpliciter *نثر nethr*, prosa dicta, ab ea, quæ *كلام منظوم Kelamî menzûm*, vel *نظم nazm* dicitur, estque *composita ad ordinem & metrum*, seu *stricta aut ligata oratio*. Hæc enim servat semper eundem ordinem certis ubique metris constans; illa vaga est, & ad libitum rhythmis illis ornatur ac figuratur, adeoque pertinet ad Rhetoricam *علم كلام ilmi kelâm* dictam, cum *نظم nazm* spectet ad poësim *علم شعر ilmi šir* nuncupatam. Et quemadmodum *نظم nazm* propriè significat *ordinem, seriem*, unde & *junctam seriem margaritarum*, & *compositam ad metrum & numeros orationem, carmina, versus*; ita *شعر šir* est propriè Infinitivus, seu Nomen verbale actionis Verbi *شعر se-äre* significans, *scire, nôsse, percipere, intelligere*, & ut Nomen habens in Plurali *اشعار es-âr*, *scientia*, *pec. poësis, oratio ligata, carmen, metrum*.

Poësi itaque, ut plerique Populi, ita maximè delectantur cum Arabibus & Persis Turcæ, in eaque felices sunt ratione facilitatis, quâ ob liberam suam orthographiam possunt syllabarum quantitatem immutare pro libitu aut exigentia versus ex brevi longam & ex longa brevem faciendo, tum quia quicquid floridi aut expressivi habent aliæ duæ linguæ Arabica & Persica, possunt ad ornandos locupletandosque suos versus conceptusque exprimendos adhibere. Neque verò de eorum poësi videtur operæ pretium, ut fufius agam; vix enim puto quemquam fore ex Nostris, qui apud ipsos poëseos lauream consequi tentet. Cum tamen innumera opera poëtica Turcica inveniuntur, ac omnis generis carmina mirâ verborum & phrasum selectarum texturâ ad metrum & rhythmum acuminosè composita; immò ferè nullus detur liber, ubi passim intertexti non videantur versus, quos,

qui scandere nescit, non nisi ridiculè legere poterit: quæ ad hoc perfectò Interpreti scitu necessaria mihi videntur, quàm potero brevissimè edocebo.

Artem metricam, seu Poëticam desumpserunt Turcæ simul & Persæ ab Arabibus; unde omnium trium iidem sunt termini artis docendæ, seu Poëticæ, quæ peculiari nomine dicitur علم العروض *ilmül ârûz*, aut modo Turcico aut Persico loquendo علم عروض *ilmü ârûz*, scientia aut ars metiendi pedes in carmine, aut construendi versûs, prout peculiariùs dicitur infra de hoc termino عروض *ârûz*. Quod ergò hic dicemus de Arte metrica Turcica, valebit etiam pro Persicis & Arabicis. Sequar tamen doctrinam Persici Poëtæ celebris وحيدى *wahydi* dicti, quem vocare liceat *Vahidium*.

Versûs Turcici constant ex pedibus cum modo numeroque definitis, & ex rhythmo, aut consonantia consimilis desinentiæ: ideoque ut censeatur versus completus, debet esse duplex, seu distichus, & tunc vocatur بيت *beit*, q. domus, cujus singula hemistichia vocantur مصراع *mysra*, q. pars una januæ biforis; fabrica enim carminis & tota prosodica constructio petita est à tentoriorum mapaliumque Arabibus ab antiquo domorum loco ferventium partibus & forma, ideoque omnes termini artis prosodicæ aut poëticæ inde etiam petiti. Et quemadmodum sua illa mapalia aut tentoria vocant Arabes بيوت الشعر *bijütüs-særr*, vel ابیات الشعر *ebjätüs-særr*, seu in Singulari بيت الشعر *bejtüs-særr*, domus pilorum, seu ex pilis, puta caprinis, aliâve lanâ, ac lino & pellibus confecta ac extensa; ita fabricam carminis seu distichi vocant iisdem literis بيت الشعر *bejtüs-særr*, domum poëseos, seu versuum.

Tentorii partes præcipuæ sunt, primò palus medius, cui tota tentorii moles innititur, & vocatur عروض *ârûz*, unde etiam dicitur عروض *ârûz* ultima pars primi hemistichii in carmine, ei enim inniti videtur tota carminis structura, quippe ad cujus cadentiam aut finalem desinentiam reliquorum versuum seu distichorum rhythmus formantur. Alii tamen عروض *ârûz* cum عروض *ürûz* confundentes, dicunt ideo sic dici finalem dictionem primi hemistichii, quia est quasi oblatio, expositio aut propositio, quâ notâ dignoscitur, cujus generis, & qualis rhythmus sit totum carmen, & num perfectum sit, an imperfectum, ad cujus nempe normam cæteri versûs componuntur. Secundò partes ejus terminantes حدود *hudüd* dictæ, sunt quatuor latera, seu partes dependentes ab apice pali medii, quas vocant چهار ركن *çihâr rükün*, q. quatuor columina aut finis domus, seu tentorii. Pari ratione assignant quatuor columina, partesve carminis seu distichi; primam vocant صدر *sadr*, estque principium primi hemistichii; secunda est finis ejusdem hemistichii عروض *ârûz* dicta; tertia est initium secundi hemistichii ابتدا *iptidâ* dicta; quarta demum est finis secundi hemistichii ضرب *zærb* dicta. Rursus, uti datur stratum, seu solum tentorii, & tectum, seu laquear ejusdem, ita & structuræ carminis assignant solum, quod vocant ex Pers. زمین *zemîn*, & est قافیه *kâfije*, rhythmus, seu similis versusque hemistichii desinentia & consonantia; tectum autem سقف *sakf* dictum, est significatio aut sensus, quem importat, aut in quem factus est versus. Item porta requiritur in tentorio ad ingressum & egressum: ita portam biforem assignant carmini, quæ ad ingressum مطلع *metle* dicitur, & est primum operis distichon, cujus ambò hemistichia ejusdem sunt rhythmus aut desinentiæ; illud enim hemistichium, seu versus sequens, qui rhythmum illum non habet, vocatur خصی *çesî*, castratus. Atque ergò dictæ portæ, seu januæ biforis sunt duo hemistichia primi distichi, ideoque singulatim vocantur, ut supra innui, مصراع *mysra*. Porro extendunt tentoria & firmantur ac adaptantur partes eorum funibus, clavis, seu paxillis & pellibus telivæ, ita versûs structuram firmari & aptari dicunt; nimirum, quod dicimus versum ex pedibus constare, dicunt illi funibus, paxillis, & modis aut distinctionibus, & hæc Arabicè dicuntur اسباب *esbâb*, funes, اوتاد *ewtâd*, paxilli, clavi lignei, فواصل *sewâsîl*, discriminantia, distinctiones. Hæc ergò omnia sigillatim explicemus.

In versu latino maximè consideratur pes metricus, qui nihil aliud est, quàm certa syllabarum numero & quantitate variatarum constitutio.

De quantitate syllabarum nonnihil tetigi sub finem primæ Partis, ubi dixi, præter positionem nullam dari in Turcicis purè longam syllabam, cæteras breves aut unitonè preferendas esse innuens: quæ tamen voces a finali otioso, aut aliâ vocali nostrâ terminantur, liberè in versu producantur aut corripiuntur; quæ autem syllabæ scribi possunt cum 1,

vel

vel و, vel ي, possunt pariter produci & corripì juxta exigentiam metri, ut in exemplis infra adferendis melius animadvertes.

In Arabicis quoque & Persicis regula est generalis & facilis quantitatis dignoscendæ. Omnis enim syllaba vel est composita ex una consonante & vocali, ut ل li, ب bi, vel be, & omnis ejusmodi syllaba brevis erit, vel erit composita ex duplici consonante cum sua vocali, ut بل bel, كن küñ, با bā, بي bī, بو bū, & omnis ejusmodi syllaba erit longa. Quòd si per - in Arabicis, aut aliter in Persicis aliqua detur syllaba constans ex tribus literis, ut انصرنانق *unṣurnānī* . adjuvate vos omnes omnino mulieres, & نان *nān* p. panis, هست *hest*, est, داشت *dāst*, habuit, multò magis syllaba longa erit.

Ex hujusmodi ergò syllabis formantur pedes versùs cujusvis, qui specie duo tantùm sunt, سبب *sebeb*, funis, & وتد *weted*, paxillus dicti. سبب *sebeb* est pes constans ex duabus consonantibus, quarum prior semper habet vocalem, secunda autem vel habet vocalem & dicitur سبب ثقيل *sebebī sakīl*, vel non habet vocalem, & dicitur سبب خفيف *sebebī chafif*. وتد *weted* autem est pes constans ex tribus consonantibus, quarum duæ habent vocalem, una caret vocali. Si habentes vocalem sint immediatæ, nempe prima & secunda, ut درر *dūrūr*, est, vel dūrer, uniones, tunc dicitur وتد مجبوع *wetedī meǧmū*. Si autem litera quiescens aut vocali privata mediet inter utramque motam, seu vocali affectam, ut ابن *ibnū*, filius, dicitur وتد مفروق *wetedī mefrūk*. Et sic numero pedes erunt in universum quatuor, سبب خفيف *sebebī chafif*, funis levis, & est unius syllabæ longæ. Alter سبب ثقيل *sebebī sakīl*, funis gravis, & est duarum syllabarum brevium - - respondens nostro pyrrhychio. Tertius وتد مجبوع *wetedī meǧmū*, paxillus conjunctus, & constat duabus syllabis, priore brevi, posteriore longâ - - respondens nostro jambo. Quartus وتد مفروق *wetedī mefrūk*, paxillus sejunctus, constat duabus syllabis, priore longâ & posteriore brevi - - , respondetque nostro Trochæo. Et ex his componuntur partes, alternatim sibi succedentibus funibus & paxillis.

His tamen addunt cum Persis Turcæ, immò & Arabes tertiam pedum speciem, quam vocant فاصلة *fāṣyle*, q. distinctionem, estque duplex, فاصلة صغرى *fāṣylei sughrā*, cum vox quatuor constans literis consonantibus tres primas habet motas & vocali affectas, quartam verò quiescentem, seu vocali destitutam, ut بنكر *biniker*, aspice, ضربت *zerebet*, verberavit *swm*. فاصلة كبرى *fāṣylei kübrā*, cum vox quinque consonantibus constans quatuor primas habet motas, quintam quiescentem, ut بكرمت *bekeremet*, tuâ benignitate, ضربنا *zarebenā*, verberavit nos: sed sunt merè pedes compositi.

Ex pedibus autem his componuntur majora metra, uti ex pede وتد مجبوع *wetedī meǧmū*, paxillus conjunctus dicto, & ex pede سبب خفيف *sebebī chafif*, funis levis dicto fit compositum metrum trisyllabum formæ فعلن *fe-ülün* - - -, aut si præcedat سبب *sebeb*, erit formæ فاعلن *fā-ylün*, utrumque autem vocatur خماسى *chumāsī*, quinque literarum metrum. Rursus ex paxillo conjuncto, & ex duobus funibus levibus componitur tetrasyllabum metrum formæ مفاعيلن *meṣā-ylün* - - - -, & si mediet paxillus, formæ فاعلاتن *fā-ylātün* - - - -, aut si paxillus sit disjunctus, formæ مستعلن *müṣteṣ-ylün* - - - -. Ex paxillo conjuncto, & ex pede composito فاصلة صغرى *fāṣylei sughrā* dicto, fit pentasyllabum metrum formæ متفاعلن *müteṣā-ylün* - - - -, & si præcedat paxillus مفاعلتن *müṣā-letün*, - - - -, quod etiam potest resolvi in tres pedes simplices paxillum conjunctum & duos funes, levem & gravem, ut متفاعلن *müteṣā-ylün* in funem gravem, in funem levem & paxillum conjunctum.

Ex his septem polymetris, seu pedibus compositis fiunt duodecim species aut genera præcipua versuum ابحار *ebbār* dicta, seu in Singulari بحر *baḥr*; sunt autem eorum nomina هزج *hezeg*, رجز *reǧez*, رمل *remel*, وافر *wāfir*, كامل *kāmil*, متقارب *müte-kārib*, متدارك *mütedārik*. Atque ex his inter se compositis oriuntur alia duodecim carminum genera, quorum nomina sunt سريع *serīz*, منسرح *münserḥ*, خفيف *chafif*, مضارع *müzāryz*, مجتث *müǧtṣ*, مقتضب *muktæzyb*, طويل *tawil*, مدید *medīd*, بسيط *besyṣ*, غريب *gharīb*, قريب *karīb*, & مشاكل *müṣākīl*. Ex quibus generibus, quinque sunt Arabicis propria, Persisque, inquit Vahidius, minus usitata, nimirum وافر *wāfir*, كامل *kāmil*, طويل *tawil*, مدید *medīd*, & بسيط *besyṣ*. Tria autem genera sunt Persis (quos Turcæ in Poësi magis sequuntur) propria, Arabibusque minus

usitata, nempe *gharib*, *karib*, و *müsakil*. Cætera sunt omnibus tribus communia. Singula autem quid sint, explicemus.

hezeg *bezeg* est proprie modulatio, quæ fit concisis modis; cantilena, *Madrigale*, estque genus carminis constans modò duodecim syllabis, modò quatuordecim formæ, ut in variis Authoribus inveni, *مفعول مفاعلهن فعولن* *mef-ülü mefa-ylun fe-ülün*, ---, ---, ---, ---, vel pro singulis hemistichis *مفعول مفاعلهن* *mef-ülü mefa-ylun*, ---, --- bis in singulis hemistichis, vel *مفاعلهن مفاعلهن مفاعلهن مفاعلهن* *mefa-ylün mefa-ylün mefa-ylün*, ----, ----, ----, ----, vel aliter, uti habet *Guadagn.* qui dicit, debere tantum esse duodecim syllabarum, quarum penultima sit brevis & antepenultima longa.

bahrî regez, carmen, ex *Guadagn.* ex tempore, satyra, constat duodecim syllabis, estque formæ *مستفعلن* *müstef-ylün*, --- ter in singulis hemistichis repetiti.

bahrî remel, carmen breve, exile, constat pariter duodecim syllabis, & pro forma habet *فاعلاتن* *fa-ylätün* --- ter in singulis hemistichis repetitum.

bahrî kamil, carmen perfectum, est quindecim syllabarum, cujus forma *متفاعلهن* *mütesfa-ylün* ---- ter in singulis hemistichis repetitur.

bahrî wäfir, carmen exuberans, ferè *Ital. Sdruciolli*, quindecim pariter syllabarum, formæ *متفاعلهن* *mütesfa-letün* ---- ter in singulis hemistichis repetiti.

bahrî mütekärib, carmen conjunctum, duodecim aut aliquando undecim, decemque syllabarum, cujus mensura *فعولن* *fe-ülün* --- quater in singulis hemistichis repetitum, vel in ultimo *فعول* *fe-ülü*, danturque hujus speciei versus intermixti septem syllabarum formæ *فعولن فعولن فعولن* *fe-ülün fe-ülün fe-ül*, ---, ---, --- pro singulis hemistichis.

bahrî mütedarik, carmen consecutivum, in meo Authore *Vahydis*, est formæ *فاعلهن* *fa-ylün* --- quater repetiti. *Golio* autem est Rhythmus, in quo duæ consequentes mobiles consequuntur invicem inter duas quiescentes, ut *تفاعلهن* *tefa-ylün*, و *فعولن فعولن* *fe-ülü fe-ül*, و *فعولن فعولن* *fe-ülün fe-ülün fe-ül*, ac si intercedens quies continuitatem motus non impediret.

bahrî serä, carmen velox, est in meo Authore formæ *مستفعلن* *müstef-ylü müstef-ylün fe-ülätü müstef-ylün*, errore puto scriptoris; nam alibi invenio formam hanc *مفتعلن مفتعلن مفتعلن* *müfte-ylün müfte-ylün fa-ylün*. *Guadagn.* autem illud dicit constare septem tantum syllabis.

bahrî münseryh, carmen emissum, est in meo Authore formæ *مستفعلن* *müstef-ylü mef-ülät* bis repetitum in hemistichio; sed alibi invenio formam ejus *مفتعلن مفتعلن* *müfte-ylün fa-ylün* bis repetitum, & alibi *مفتعلن مفتعلن* *müfte-ylün fa-ylät*, *müfte-ylün fa-*, & apud *Guadagn.* *مستفعلن* *müstef-ylün müstef-ylün*.

bahrî müzäry, carmen simile, formæ in meo Authore *مستفعلن* *müstef-ylün müstef-ylün* bis in hemistichio repetiti, juxta *Guadagn.* est duodecim syllabarum, formæ *مفاعلهن مفاعلهن* *mefa-ylün mefa-ylätün*, *mefa-ylün*.

bahrî chesif, carmen leve, formæ in meo Authore *مفاعلهن* *mefa-ylü fa-ylät mefa-ylü fa-ylätün*; alibi autem *مفاعلهن* *mefa-ylätün mefa-ylün fe-ylün*, & in *Guadagn.* *مفاعلهن* *mefa-ylätün müstef-ylün*, nempe octo syllabarum, aut certè duodecim syllabarum *مفاعلهن* *mefa-ylätün müstef-ylün fa-ylätün*, & *مفاعلهن* *mefa-ylätün* ter repetitum.

bahrî mügteff (alibi videtur *محببت mübbess*) carmen convulsivum, seu concisum, in meo Exemplari *مستفعلن* *müstef-ylün fa-ylät* bis repetitum, in *Guadagn.* ex *Chamus* est *مستفعلن* *müstef-ylün fa-ylätün fa-ylätün*, id est duodecim syllabæ, novem longæ & tres breves. Aliàs in libello *säbidi* dicto mensuram ejus comperio hujusmodi *مفاعلهن* *mefa-ylün fe-ylät*.

bahrî müktezyb, carmen concisum, aut ex tempore scriptum, est in meo Exemplari *مفعولات* *mef-ülätü müstef-ylü* bis in hemistichio repetitum; alibi lego *مفاعلهن* *mefa-ylätün müste-ylün* bis repetitum, in *Guadagn.* *مفاعلهن* *mefa-ylün*

fā-ylūn ter repetitum, ita ut sit duodecim syllabarum, quarum novem longæ & tres breves.

bahrī rawīl, carmen longum, in meo Exemplari alibique *فاعولن مفاعيلن* *fe-ūlūn mefā-ylūn* bis in hemistichio repetitum; aliam tamen dari illi videtur formam *Guadagn.*

bahrī medīd, carmen extensum, in meo Exemplari est *فاعلاتن فاعلن* *fā-ylātūn fā-ylūn* bis in hemistichio repetitum.

bahrī besyt, carmen expansum, est *مستفعلن فاعلن* *mūstef-ylūn fā-ylān* bis in hemistichio repetitum.

bahrī gharīb, carmen peregrinum, est *فاعلاتن فاعلاتن مستفعلن* *fā-ylātūn fā-ylātūn mūstef-ylūn* in singulis hemistichiis.

bahrī karīb, carmen propinquum, est *مفاعيلن مفاعيل فاعلاتن* *mefā-ylū mēfā-ylū fā-ylātūn* in singulis hemistichiis.

bahrī müsākil, carmen conveniens aut simile, est *فاعلات مفاعيل* *fā-ylātū, mefā-ylū, mefā-ylū.*

Illa autem duodecim præcipua genera, seu formæ carminum reducuntur à Persis ad sex modos, seu circulos, quorum primus dicitur *دايره مؤتلفه* *dāirei mütelife*, circulus compositus, ex quo prodeunt, aut sub quo numerantur tres species carminum, *هجره* *hæzæg*, *رجز* *regæz*, *رمل* *remel*. Secundus circulus dicitur *دايره متعده* *dāirei mütefke*, circulus conveniens, & sub se habet duas species, *واقر* *wāfir*, *كامل* *kāmil*. Tertius vocatur *دايره مشتبه* *dāirei müstebibe*, circulus similis, continetque duas species, *مؤتلفه* *mütelife*, *مؤتلفه* *mütelife*. Quartus dicitur *دايره مجتهد* *dāirei mügtehede*, circulus contractus, continens tres species *طويل* *rawīl*, *مديد* *medīd*, *بسيط* *besyt*. Quintus dicitur *دايره مختلعه* *dāirei müchtelife*, circulus varius, ad quem revocantur quatuor species, *منسرح* *münserih*, *مضارع* *müzāry*, *مقتضب* *müktezyb*, *مجتهد* *mügtehede*. Sextus denique dicitur *دايره منتزعه* *dāirei müntezye*, circulus detractus, avulsus, habetque sub se quinque species, *سريع* *serī*, *غريب* *gherīb*, *قريب* *kerīb*, *خفيف* *chafif*, *مشاكل* *müsākil*.

Arabes verò quinque tantum circulos, seu periodos assignant, ad quas revocant omnes carminum species, & alio quidem modo, quàm hic meus Author *Vahidius*, de quo, *sis, vide Guadagn.*

Atque ita habes omnia genera; seu formas carminum, quæ in usum veniunt apud nostros Orientales, & si vides aliquam in eis varietatem aut discrepantiam, sæpe ea contingit ob mutationem pedum ex licentia poetica, quæ datur maxima, dummodo eâ judiciousè quis utatur. Licet enim *e. g. pro مفاعيلن mefā-ylūn* --- ponere *مفاعيلن mefā-ylū* ---. Sic *pro فاعولن fe-ūlūn* ---, ponere interdum licet *فاعولن fe-ūl* ---, quæ licentia dicitur *كبح* *kabz*, aut negligere primam literam *ف* *fe*, ut sit *فاعولن ūlūn*, & ea licentia vocatur *خرم* *chærm*, aut si negligatur prima & ultima, ita ut remaneat *فاعولن ūlū*, vel *فاعولن ūl*, dicitur ea licentia *سلم* *selm*, vel *سرم* *serm*. Vocantur autem hæ licentiæ generali ferè nomine *ازحيف* *ezāhiff*, *Pl. زحاف* *zyhāf*, estque à Verbo *زحف* *zahafe*, progressus est, processit ad rem, pec. sensum, prorepsit humi natibus insidens puer, pedem traxit defatigatus *camelus*, crepsit, evasit clanculum. *Gol.* In meo Exemplari est *دور افندان* *dūr ūfndān*, & juxta *Guadagn.* est *prolapsus*; est autem hîc figura aut licentia poetica, quâ metra carminis pedesve immutantur, ita ut illis defectus aut redundantia, *hoc est*, plus minusve accidat, quàm regulis contineatur. Licet enim primò privare vocali secundam literam polymetri, aut etiam ipsam literam rejicere, 2. licet etiam rejicere quartam literam, si quiescens fuerit, non item si vocalem habeat, 3. licet privare vocali quintam, & ipsam literam rejicere, si quiescat, 4. licet rejicere septimam, si quiescat. At non licet rejicere ex forma unius ejusdemque carminis simul secundam & tertiam, nec licet rejicere septimam & secundam; nec septimam quamvis quiescentem, si litera quinta privata fuerit vocali, *e. g.* si carmen fuerit *كامل* *kāmil* dictum, seu perfectum, formæ nimirum *مفاعيلن mütefā-ylūn* --- ter repetiti, licet secundam primi pedis vocali privari, & loco primi *مفاعيلن mütefā-ylūn* ponere *مفاعيلن mütefā-ylūn*, estque *idem ac مستفعلن müstef-ylūn* ---. Ubi autem metrum fuerit *مستفعلن müste-*

müstef-ylün, vel *فاعلاتن fa-ylätün* - - - - , in quibus secunda quiescit, potest tolli illa secunda & fieri forma *متفعلن mütef-ylün*, & *فاعلاتن fe-ylätün*. Rursum potest tolli quarta littera quiescens metri *متفاعلن mütefa-ylün* - - - - & fieri forma *متفعلن mütefe-ylün*; sic & ex metro *متفعلن müstef-ylün* poterit fieri *متفعلن müste-älün*. Quod si sit metrum *متفاعلتن müfa-äletün*, non licet neglectâ quartâ facere *متفاعلتن müfale-tün*, quia quarta non est quiescens, & sic intelligendum de cæteris.

Hujusmodi autem licentiæ numerantur à Persarum Poëtis triginta quinque, quarum hic præcipuas tantum tibi explicabò.

Primam meus Author *وحدیدی weh-ydi* ponit *كف kef*, seu Arab. *كف keff* propriè prohibitio, cohibitio; sed hic est neglectio aut rejectio litteræ septimæ quiescentis in metro, cum ex *متفاعلن mefa-ylün* fit *متفاعلن mefa-ylü*, & ex *فاعلاتن fa-ylätün* fit *فاعلاتن fa-ylätü*, versulque, cui hoc accidit, dicitur *مكفوف mekfuf*, cohibitus, impeditus.

2. *قصر kasr*, decurratio, seu truncatio litteræ finalis, ut pro *فعولن fe-ülün*, *فعولن fe-ülü*, pro *فاعلن fa-ylün*, *فاعل fa-ylü*, versulque sic decurtatus dicitur *مقصور meksür*.

3. *حذف hæzf*, abjectio, seu deficientia pedis *funis levis* dicti in fine, ut cum detracto à metro *متفاعلن mefa-ylün* pede ultimo *لن lün*, remanet *متفاعلن mefa-ylü*, quod idem est cum *فعولن fe-ülün*; sic à *فاعلاتن fa-ylätün* remanet *فاعلاتن fa-ylä*, quod idem est ac *فاعلن fa-ylün*; à *فعولن fe-ülün*, *فعولن fe-ülü*, i. q. *فعولن fe-äl*, & versus, cui id accidit, dicitur *محدوف mehdüf*.

4. *خرم cherm*, prominens montis vertex, promontorium, est neglectio primæ litteræ metri, ut si pro *فعولن fe-ülün* ponatur *فعولن ülün*, pro *متفاعلن mefa-ylün*, *متفاعلن mefa-ylün*, seu *مفعولن mef-ülün*, unde dicitur carmen tale *مخروم mechrüm*, seu *آخرم achrem*.

5. *خرب cherb*, dirutio, est rejectio primæ & ultimæ *تس متفاعلن mefa-ylün*, ut remaneat solum *متفاعلن fa-ylü*, seu metrum æquivalens *مفعولن mef-ülü*, unde versus hoc affectus dicitur *لخرب achreb*.

6. *قبض kebüz*, contractio, occupatio, est neglectio quintæ litteræ quiescentis in metro, ut pro *فعولن fe-ülün*, *فعولن fe-ülü*, pro *فاعلن fa-ylün*, *فاعل fa-ylü*, etiam pro *متفاعلن mefa-ylün*, *متفاعلن mefa-ylün*, & versus, cui id accidit, dicitur *مقبوض mekbüz*.

7. *شتر setr*, fissura, vitiatio, est rejectio primæ & quintæ, ut fiat ex *متفاعلن mefa-ylün*, *فاعلن fa-ylün*, aut, ut vult *Guadagn*. *فاعلن fa-ylü*, rejectâ ultimâ. Talis versus dicitur *اشتر ester*.

8. *هتم hetm*, dentium fractio, & est rejectio ultimæ chordæ, vocalisque præcedentis in *متفاعلن mefa-ylün*, ut remaneat *متفاعلن mefa*, pro quo est *فعولن fe-ül*, diciturque versus ita decurtatus *اهتم ehtem*.

9. *جيب gebb*, castratio, cum ex *متفاعلن mefa-ylün* rejiciuntur duo ultimi funes leves, ut remaneat tantum *متفاعلن mefa*, sitque loco ejus *فعولن fe-äl*, versus autem, cui id accidit, dicitur *مجبوب megbüb*.

10. *زلل zelel*, cæspitatio, extenuatio, cum præter id, quod rejectum fuerat per licentiam superiorem *هتم hetm*, abjicitur etiam ex eodem *متفاعلن mefa-ylün* initiale *میم mim*, ut solum remaneat *فاعلن fa*, & talis versus dicitur *ازلل ezlel*.

11. *بتر betr*, mutilatio, caudæ resectio, cum ex *متفاعلن mefa-ylün* per *زلل zelel* extenuato demitur præterea *ع äjn*, ut ex *فاعلن fa*, quod remanserat, restet tantum *فاعلن fa*, formæ *فعولن fe*, & dicatur versus *ابتتر ebtr*.

12. *خبين chabn*, sinuatio, cum secunda quiescens initialis funis levis tollitur, & ex *فاعلاتن fa-ylätün* fit *فاعلاتن fe-ylätün*; ex *متفعولن müstef-ylün*, *متفعولن mütef-ylün*, pro quo est *متفاعلن mefa-ylün*; sic ex *مفعولات mef-ülätü*, fit *مفعولات me-ülätü*, formæ *متفاعلن mefa-ylü*. Porro ex *فاعلن fa-ylün* fit *فاعلن fe-ylün*; versus autem, cui id contingit, dicitur *مخبون mehbün*.

13. *طبي tajj*, implicatio, involutio, cum quarta quiescens tollitur, ut ex *متفعولن müstef-ylün* remanet *متفعولن müste-ylün*, pro quo *متفعولن müste-ylün*; sic ex *مفعولات mef-ülätü*

mef-ülätü remanet *مفعلات mef-ülätü*, pro quo *فاعلات fa-ylätü*; versus autem, in quo id fit, dicitur *مطوي metwi*.

14. *قطع ket*, concisio, truncatio, cum ex paxillo conjuncto rejicitur litera quiescens, & privatur vocali litera mora, ut ex *مستفعلن müstef-ylün*, fit *مستفعل müstef-yl*, pro quo *مفعولن mef-ülün*; versus autem ita affectus dicitur *مقطوع mektü*.

15. *شكل sekl*, figuratio, cum ex *فاعلاتن fa-ylätün* rejicitur secunda quiescens & ultima litera, ut remaneat *فعلات fe-ylätü*. Versus ejusmodi vocatur *مشكول mešköl*.

16. *صلم selm*, mutilatio, rescissio aurium, cum ex *فاعلاتن fa-ylätün* rescinditur in fine funis levis & gezatur præcedens, ut remaneat *فاعل fa-yl*, pro quo *فعلن filün*, versusque dicitur *اصلم eslem*.

17. *تشعث teše-üs*, disgregatio, cum *فاعلاتن fa-ylätün* facti per *خبن chebn* *فعلاتن fe-ylätün* secunda gezatur & legitur *فعلاتن fa-ylätün*, formæ *مفعولن mef-ülün*, & vocatur versus talis *متشعث müteše-äs*.

18. *حذف hazef*, rejectio, caudæ resectio, cum ex *مستفعلن müstef-ylün*, ultimus paxillus conjunctus rejicitur, manetque *مستف müstef*, formæ *فعلن filün*, taleque metrum vocatur *لحذف ehzef*.

19. *جذع gez*, seu *جذع ged*, mutilatio, cum ex *مفعولات mef-ülätü* duo funes excidunt & tantum *لات lät* manet, mensuræ *فاع fa*, ac talis versus dicitur *مجدوع mejdü*.

20. *رفع ref*, elatio, cum ex duabus initialibus funibus levibus una excidit, ut ex *مستفعلن müstef-ylün* fit *تفعلن tet-ylün*, mensuræ *فاعلن fa-ylün*, & ex *مفعولات mef-ülätü* fit *عولات ülätü*, mensuræ *مفعول mef-ülü*, unde versus talis dicitur *مرفوع merfü*.

21. *ثلم selm*, ruina, cum ex *فعلون fe-ülün* tollitur *ف fe*, & remanet *عولن ülün*, formæ *فعلن filün*; imò ex *Guadagn. & Chamus* tollitur etiam ultima, & sic remanet *عول ülü*. Sed ut meo Exemplari hæc ultima licentia, seu potius defectus, dicitur *قزم ferm*, dentifragium, versusque sic affectus dicitur *اثلم eslem*, vel *اثرم esrem*.

22. *خبل chabl*, truncatio manus, quando ex *مستفعلن müstef-ylün* abjicitur *س* & *ف*, & remanet *متعلن müte-ylün*, formæ *فعلتن fetün*, sic in meo Exemplari. At *Guadagn.* inquit, est, quando cum rejectione secundæ rejicitur etiam tertia, & tunc videtur carmen quasi truncum, quod accidit in carmine Expanso & in carmine Improviso, seu Brevi; enimverò litera quiescens est quasi manus funis, quando ergò abjicitur, quasi truncatur manu, & hoc ex *Chamus*, versus autem talis vocatur *مخمول mehbül*.

23. *نحر nahr*, jugulatio, cum ex *مفعولات mef-ülätü* per *جذع gez* reducto ad *لات lätü*, etiam *ت te* finale tollunt, ut solum *ل lä* remaneat, formæ *فاع fa*, & in tali casu dicitur versus aut forma ejus *منحور menhür*, jugulatus, vel jugulata.

24. *وقف wakf*, firmatio, cum ex *مفعولات mef-ülätü* fit *مفعولات mef-ülät*, gezmatâ scilicet ultimâ consonante, & dicitur metrum ita affectum *موقوف mewkuf*.

25. *كشك keshf*, nudatio, detectio, cum ex *مفعولات mef-ülätü* tollitur ultima litera, ut maneat *مفعولات mef-ülä*, formæ *مفعولن mef-ülün*, vocaturque metrum sic decurtatum aut *g.* natibus denudatum *مكشوف meksuf*.

26. *اشباع isbä*, saturatio, complementum, cum in fine metri funi levi interjicitur litera quiescens, fitque, e.g. ex *مفاعيلن mefa-ylün*, *مفاعيلن mefa-ylün*; ex *فاعيلن fa-ylün*, *فاعيلان fa-ylün*, diciturque metrum tale *مشبع müsbe*.

27. *ازالت izälet*, tractus lacinix aut syrmatix, cum metro habenti in fine paxillum conjunctum additur aut interjicitur litera quiescens, ut si ex *مستفعلن müstef-ylün* fiat *مستفعلان müstef-ylän*, aut ex *فاعلن fa-ylün*, *فاعلان fa-ylän*, & vocatur tale metrum *مدال müzäl*, ipsaque additio dicitur *ذيل zejl*, lacinia, syrma, vel fimbria.

28. *ترفيل terfil*, amplificatio, cum paxillo finali additur integra syllaba, seu funis levis, ut fiat, e.g. ex *مستفعلن müstef-ylün*, *مستفعلاتن müstef-ylätün*; ex *مفاعلن mütefa-ylün*, *مفاعلاتن mütefa-ylätün*, vel, ut in *Gol.* *مفاعلاتن mütefa-ylätün*, & ex *فاعلن fa-ylün*, *فاعلاتن fa-ylätün*, vocaturque taliter auctum metrum *مرفل müreffel*, vel *مرفل mürfel*.

Sciendum autem, has omnes licentias non esse promiscui usus, sed parcè & judiciousè

ciosè iis utendum, immò verò multas earum esse vitandas, cum vitia potiùs & defectus esse censeantur, ut sunt 2. 3. 5. 8. 9. 10. 11. 15. 16. 17. 18. 19. & sequentes, præter tres ultimas, quas datâ occasione usurpare licet.

Habes itaque formam omnis generis versuum, ex quibus componunt Turcæ cum Persis & Arabibus sua poemata, quorum præcipuum dicitur *kaside* قصيده, poema integrum multis distichis constans: unde sub eo continentur *müfred* مغرد, distichum unicum رباعي *rübâ-y*, quaternarium, *ghazel* غزل, carmen amatorium, *kyt-â* قطعه, segmentum. Est præterea *mesnewî* مثنوی, carmen birhythmicum, seu cuius singula disticha habent diversum rhythmum, *müsemmat* مسقط, carmen multiplicis rhythmici, seu qui in quatuor, vel ad minimum tres rhythmos dividitur, aut, ut *Gol.* in quaterna vel quaterna hemistichia similiter desinunt, tum aliâ terminatione versûs sequuntur.

Rhythmus itaque *kâsije* قافیه dictus est omnino ad poemam Turcarum necessarius, consistit autem in consimili desinentia ultimæ syllabæ primi hemistichii operis totius عروض *ârûz*, oblatio dicti, unde secundi hemistichii rhythmus, seu ultima syllaba vocatur ضرب *zærb*, pulsatio, repercussio, quasi responsio, aut redditio primi propositi rhythmici. Aliâs litera primaria & fundamentalis rhythmici, in quem desinunt omnia poematis ejusdem disticha, dicitur Arabicè *روي*, *rewî*, *riwâ*, Pl. *erwîe*, funis quo ligatur aut astringi ut onus cameli, vel alterius jumenti: sic etiam, ajunt, rhythmico, seu cadentiâ stringitur poemis aut carmen, nec absque eo ligamine subsistere potest. Ad rhythmum ergò perfectum requiritur non solum ultima litera terminans versum, sed etiam quicquid ad ejus sonum concurrat, & sic ad minimum duæ requiruntur literæ saltem in prolatione, ut *rast* راست, rectus, *masî* ماست, oxygala, est rhythmus, qui vocatur *kâsije* قافیه اصلی *aslî*, vel *aslîje*, originalis, naturalis, cui respondens *hewâst* هواست, aura est, *kügiâst* کجاست, ubi est, dicitur *kâsije* قافیه معجول *me'mûli*, rhythmus factitius: factus enim fuit adjectione tertie personæ Verbi Substantivi thematibus *hewâ* هوا, aura, ær, *kügiâ* کجا, ubi? Concurrunt aliquando plures literæ ac plures motiones ad rhythmum, seu ad literam حرف *harf* *rewî* dictam, quæ propriè est radix & basis rhythmici seu consonantiæ, possuntque dari octo, quatuor ante dictam finalem literam, & quatuor post eam. Quæ ante occurrere possunt, sunt *elîfî teesîs* الف تأسیس, *elîf* initialis, seu fundamentalis, حرف دخیل *harfî dachyl*, litera intromissa, seu intermedia inter prædictum *elîf* & literam basim rhythmici, حرف ردف *harfî ridf*, litera consecutionis, حرف قید *harfî kajd*, litera ligaminis, seu colligationis. Quatuor autem, quæ finalem subsequuntur, sunt وصل *wasl*, conjunctio, خروج *churûg*, egressio, مزید *mezîd*, adjectio, نایره *nâire*, tubulus, & hæc omnes sequentibus binis distichis exprimuntur

قافیه در اصل یک حرفست هشت آنرا تبیع چار پیش و چار پس آن نقطه وینها دایره
حرف تأسیس و دخیل و ردف و قید آنکه روی بعد از آن وصل و خروجست و مزید نایره
kâsije der - aslî jek harf-estü he st an - râ tehî - ciâr pîsü, ciâr peş an, nokta winhâ - dâire
harfî teesî - sü dachylü - ridfû kajd an - ki rewî. bæ dezan was - lü churûgest - ü mezîdü - nâire.

Motiones autem ad rhythmum concurrentes sunt رس *res*, initium, seu initialis vocalis, اشباع *isbâ*, saturatio, حدو *hazw*, dimensio, توجیه *tewgîh*, conversio, مجری *meğrâ*, alveus, نغان *nefâz*, vel *nefâd*, transitio, & hæc sequenti carmine indicantur:

قافیه را شش بود حرکت بقول استاد رس و اشباع است و حدو توجیه مجری و نغان
kâsije râ şes büved hareket be kawli üstâd resü isbâ - âstü hazw tewgîbü meğrâ wü nefâd.

Exemplum sit in عاقل *âkyl*, جاهل *ğâhil*, in quo rhythmico, ex illis quatuor præcedentibus binæ adsunt, nempe الف تأسیس *elîfî teesîs*, حرف دخیل *harfî dachyl*, litera intermedians, quæ propriè ad hujusmodi rhythmum مؤسس *müesses* dictum spectat, nimirum hic *kaf*, *be*; *lam* verò est *rewî*, seu ipla litera finalis rhythmici, motio autem, quæ præcedit حرف تأسیس *harfî teesîs* *elîf*, nempe *fe* *tha* dicitur *res*, & motio literæ intermediantis *kaf*, *be*, nempe *kesîa* dicitur اشباع *isbâ*. Atque in hoc rhythmico sunt tres literæ, quarum duæ motæ sunt, estque proprius Arabum

Arabum, cui contravenire Persæ liberè absque defectus nota audent, ut si pro istis rhythmis ponant مقبل *mükbil*, vel مشکل *müskil*, quod in Arabicis non licet.

Et hinc apud Persas Turcasque rhythmorum tres dantur species, مجرد *mügerred*, solitarius, aut simplex rhythmus, ut کمر *kamer*, شکر *šeker*, quia unicam pro rhythmum habent literam, & unicam præcedentem motionem, nempe ر *er*: مرف *müreddef*, trilaterus rhythmus literis ا و ي affectus, ut cum ا *elif* جان *giân*, کان *kân*, cum و *waw* حور *hür*, نور *nür*, & cum ي *je* دين *din*, چين *cin*: مقيد *mükajjed*, colligatus rhythmus, & est cum loco حرف *hafridf*, seu illius literæ levis ا *elif*, و *waw*, ي *je*, adest consonans quiescens, ut in مرد *merd*, درد *derd*, کند *kend*, چند *čend*. Motio autem præcedentis consonantis, nempe hic *fetha*, vocatur حذو *hezv*. Et hæc sunt quatuor literæ, quæ finalem rhythmum literam præcedere dicuntur, quæ autem eam sequuntur, sunt, ut dictum est, وصل *wasl*, quæ indit vocalem finali, hanc sibi conjungens, ut سرم *serem*, caput meum, برم *berem*, pectus meum; ubi finalis est موصول *müwassal*, mim conjunctum; motio autem consonantis finalem præcedentis dicitur توجيه *tewğih*, ac motio ipsius finalis dicitur مجري *meğrâ*, transitio, & sic duæ sunt literæ & duæ motiones. Cum autem literæ وصل *wasl* dictæ superadditur altera litera, hæc dicitur خروج *churug*, egressio, & si motionem indat literæ conjunctionis وصل *wasl* dictæ, illa motio dicitur نغاد *nefad*, transitio, qualiter etiam vocatur omnis motio, quæ contingit post finalem rhythmum, sive sit una, sive sint plures. Si quæ autem litera superaddatur huic خروج *churug* dictæ, dicitur مزيد *mezid*, auctio, incrementum, ut in دلبرهست *dilberemest*, درخورهست *derchoremest*, ubi ر *re* est روي *rewi* finalis, seu basis rhythmum, م *mim* est وصل *wasl* conjunctio, seu superaddita finali litera; س *sin* est خروج *churug*, egressio, seu litera *wasl* superaddita, & ت *te* est مزيد *mezid*, incrementum, seu litera superaddita *churugio*. Motio autem præcedens immediatè basim rhythmum روي *rewi* dictam dicitur توجيه *tewğih*, motio ipsius finalis, seu basis vocatur مجري *meğrâ*, motio *wasl*, نغاد *nefad*, suntque sic quatuor literæ & tres motiones, seu vocales. Litera autem, quæ superadditur *mezido*, dicitur نايه *nâire*, ut هرستم *herestemet*, چاکرستم *čakrestemet*, ubi litera ر *re* est basis rhythmum, س *sin* *waslum*, ت *te* primum *churugium*, م *mim* *mezidum*, & ultimum ت *te* *nâire*; motio autem, quæ præcedit basim rhythmum est توجيه *tewğih*, motio basis est مجري *meğrâ*, motio, quæ basim consequitur, est نغاد *nefad*, & sic ad hunc rhythmum concurrunt quinque literæ & tres, seu, ut hic, quatuor motiones.

Datur etiam Persis cadentia, seu rhythmus شايگان *šajegân* dictus, q. rhythmus magnus, estque quadruplex, prima شايگان جمع *šajegânî gem*, rhythmus pluralis numeri in ان *ân*, ut ياران *jârân*, sodales, & نگران *nigârân*, formosæ, dilectæ, ubi ر *re* est روي *rewi*, basis rhythmum, ا *elif* ante روي *rewi* positum, est رف *ridf*, & ن *n* *elif nun* post روي *rewi* contingentia, characteristicæ sunt Pluralis numeri, quæ dicuntur شايگان *šajegân*. Motio autem, quæ fit ante رف *ridf* est حذو *hezv*; motio autem روي *rewi*, seu basis est مجري *meğrâ*, & sic literæ rhythmum sunt quatuor, motiones, seu vocales duæ. 2. قايه شايگان غايب *kâsi, šajegânî ghâib*, rhythmus Pluralis Verbi tertie personæ importans, ut دورند *dürend*, remoti sunt, & صبورند *šebürend*, patientes sunt, ubi ر *re* est روي *rewi*, و *waw* est رف *ridf* ند *nün dal*, شايگان *šajegân*, motio ante رف *ridf* est حذو *hezv*, motio روي *rewi* est مجري *meğrâ*. 3. شايگان مخاطب *šajegânî muchâtyb*, cadentia secundæ personæ pluralis Verbi, ut جميد *cemid*, superbè inceditis, دميد *demid*, afflatis, ubi م *mim* est روي *rewi*, seu cadentia, يد *je* & دل *dal* sunt شايگان *šajegân*, & motio præcedens basim est توجيه *tewğih*, motio basis est مجري *meğrâ*. 4. شايگان متکلم *šajegânî mütekellim*, cadentia primæ personæ pluralis Verbi, ut نوشيم *nûšim*, bibimus, پوشيم *pûšim*, induimus, ubi ش *šin* est روي *rewi*, و *waw*, رف *ridf*, يم *je* & mim, شايگان *šajegân*, &c. شايگان *šajegân* ergò significat propriè Pluralis numerum, sed hic denotat duas literas quiescentes post basim rhythmum, quam movent. Notandum tamen, non debere fieri tales rhythmi شايگان *šajegân* dictos, ut correspondeant simplicibus rhythmis ejusdem terminationis, vixque unam licere, ut post جان *giân*, anima, جهان *ğihân*,

gihān, mundus, licebit semel adferre cadentiam multitudinis *شایگان sājegān* dictam, ut est *یاران jārān*, sodales, vel *نکاران nigārān* dilectæ, vel alia hujusmodi unica.

Restat igitur ad complementum doctrinæ, aut ut saltem carmina Turcico-Persico-Arabica ritè legere & recitare possis, ut ea scandere scias, cæsuram, hoc est, ubi sit tantisper pausandum, dignoscas.

Scanfio ergò, seu dimensio versûs dicitur *تقطیع taktÿ*, propriè divisio aut discissio in partes. Scandes itaque versum per pedes compositos, ex quibus conflatur quodvis hemistichium, & quia hoc aut quatuor, aut tribus, aut in abbreviatis duobus pedibus compositis constat, ideo cæsuræ, seu pausa, quæ dicitur *شطر šetr*, medietas, fiet in quadrimetris post secundum, in trimetris liberè post primum aut post secundum, in bimetris liberum erit pausare, aut non. Ad pausam autem requiritur, ut sensus quodammodo sit completus, ut fit etiam in Latinis, v. g. in hoc versu: *Arma virumque cano Trojæ qui primus ab oris*, pausatur post *cano*, ubi sensus partialiter videtur completus.

Quoniam verò versus, ut censeatur poëticus, requirit peculiare aliquod acumen, phrasim elegantem, & concinnitatem audientis animum voluptate aliquâ, seu, ut ipsi loquuntur, gustu (*ذوق zevk*) reficientem; Author meus percurrit omnes species carminum, exempla cujusque adferendo, & simul dimensionem, ac artem patefaciendo hâc ratione. Exemplum distichi ex genere modulationum integro, seu immutato *بهرهز سالم bahrÿ*

hezegÿ sâlim dicto, cujus artificium, ait *صنعتش ترصیع با تجنیس san-âtes tersÿ-y bâ tegnis* æquivocatio, seu paranomasia, *دلم را کرم بازاری از انم کرم بازاری* *dilemrâ germâ bâzârî: ez ânem germî bâzârî. dilemrâ germî bâzârî. ez ânem germî bâzârî*, quod sic scanditur aut legitur per partes, *دلم را کرم dilem râ ger*, مغایلیں *mesâ-ylün*, *بازاری mibâzârî*, مغایلیں *mesâ-ylün*, *کرم ezânem ger*, مغایلیں *mesâ-ylün*, *بازاری mibâzârî*, مغایلیں *mesâ-ylün*; eodemque modo alterum hemistichium, habet enim easdem voces, eandemque omninò mensuram. Pausa fit in medio post secundum pedem. Artificium autem est ratione paranomasia, quæ consistit in *کرم بازاری*, quod quater repetitur, primò enim *کرم بازاری* significat *cordis meo fervorem rursus adfers*: secundum, *ex eo fervidus sum cum plantu*: tertium, *animo meo fervidus mercatus est, exagitatio*: quartum, *si me ab eo retraxeris*; *کرم germ* enim significat & calor, fervor, excalescencia, & calidus, fervidus, calefactus, excalesfactus. Item *gürm & gürüm*, dolor, mœror, angustia animi. Item *gerem*, si me, vel si mihi. Rursus *kerem* a vitis, vinca, & *kerem*, bonitas, nobilitas, magnificentia, gratia, & *kirm* a vermis, unde possunt formari æquivocationes. Sic *بازاری bâzârî*, si sit unica vox, significabit *forensis, ad forum, vel mercatum pertinens, vel abstractum pertinentia ad forum, mercatus, mercatura*. Rursus possunt esse duæ voces *با زاری bâ zârî*, cum plattu, fletu, lamentatione, gemitu, & cum obtestatione. Item *باز آری bâz ârî*, secunda Præsentis aut Futuri Verbi *باز آوردن bâz âwürden*, reddere, referre; rursus adferre, & recedere, retrahere, & sic significabit *rursus adfers, adferes, reddes, &c. vel retrahis, retrahes, &c.*

Distichon ex *هزج متین hezegÿ müsemma*, octo metrorum, seu cujus hemistichium constat ex quatuor metris majoribus, seu pedibus compositis *تبادر چین هرتاری بود زلف tebâ der çin-ber târî: büved zülf-i türâ sad çin: ki sâzi ber-gülü sürî: zi sümbüd pu-de çin ber çin*. Cujus acumen aut artificium in æquivoco integro *تجنیس نام tegnisî tam* consistit, nempe in voce *چین çin*, quæ initio primi versûs sumitur pro Regno Chinesium, seu Sinensium, in fine pro *nodulo aut plica crisporum capillorum*, uti & in fine secundi, pro *plicis aut multiplicitate*, ita ut sit sensus distichi: *Mitte Sinas, quilibet crinis tui cincinni, aut antiarum tuarum aquirvalet centum Sinis, seu centum habet plicis nodulosve (laqueos amoris) quos tendis parasse super rosam rubicundam (genam) ex hyacinthis ramusculis in multiplices nodos dependentibus (crinibus in annulos crispatis).* *تجنیس tegnis* autem æquivocatio, seu vox duplicem habens significationem, est, inquit meus Author, septuplex, & singularum exempla adfert, quæ tibi communico.

Exemplum *بهرهز ناقص tegnisî nâkys*, æquivoci defectivi ex *مکغوف* *بهرهز متین مکغوف bahrÿ hezegÿ müsemma mekfûf*, b. e. quadrimetrum decurtatum per licentiam *کف kef*

kef dictam زهی کرد و زهی کرد و زهی کرد و زهی کرد و زهی کرد و زهی کرد *zēhī kūrdu zēhī kerd zēhī dūrdū zēhī dērd. zēhī dūrdū zēhī dērd: zēhī būrdū-zēhī berd*, ubi æquivocum est in vocibus eodem modo iisdemque literis scriptis, sed cum diversa motione, seu diversis vocalibus, ideoque dicitur ناقص *nākys*, deficiens.

Exemplum æquivoci redundantis aut superadditi تجنیس زاید *tegnīsī zāid* dicti ex eodem genere هزج صدر وابتداء جزوسوم و هفتم *hezegī sedr we ibtidāi giūzwi sūwū-mū heftūm sālīm we giūzwi diwūmū sesūm mahzūf we ārūzu zerb maksūr*, چه مکتوبش مکران سر وکل رخ برد در نامه ام نام *ci mektūbes-nūwīsem: ciū bā-sed chā-me em chām. meger ān ser-wī giūl ruch: bered der nā-me em nām*, ubi propter *a* he finale additum نام *nām*, dicitur superabundans, seu auctum æquivocum.

Exemplum æquivoci تجنیس مرکب *tegnīsī murekkeb* dicti زغم خورای کشم در عشق *zi gham chā-rī kešem der jškī ān dilber. ki ān gham chā-rī ez sādī būved bihter*, ubi compositum est alterum غم خورای *gham chārī* ex *gham* & خورای *chārī*.

Adfert præterea idem *Vabidius* exemplum æquivoci orthographici تجنیس خط *tegnīsī chett* dicti, ubi voces literarum formā non differunt, sed punctis, ut *beser* & *beser*, &c. Et varia profertur exempla variorum generum & varii artificii, ut cum metaphoris, allegorijs, similiter cadentibus, alijsque & alijs figuris, tropis, & acuminibus, etiam varia licentiarum poëticarum exempla. Cum autem omnia sint Persica, malim ego nonnulla tibi inde proponere Turcica, ut inferius faciam.

Notari autem hic velim quoad scansionem aut mensuram versuum, quod etiam innuit meus Author, dimensionem illam consistere in prolatione, non in scriptione: nonnulla enim in Persicis scribuntur, quæ non leguntur, & multa leguntur in versu, quæ scripta non videntur, ut *du* دو, scribitur, quasi legendum esset ex regulis generalibus *dū* longum, & tamen legitur *dū* breve, quasi non adesset *waw*. Sic etiam non profertur in *tū* تو, tuus, *ciūn* چون, siquidem, quoniam, cum. Sic *ki* که, ubi *a* he finale non profertur, *ci* چه, quid eodem modo. Sic *chod* خود, ipse, legitur quasi esset scriptum *chod* خود, *chāsten* خواستن, velle: legitur quasi esset *chāsten* خواستن, unde litera illa superflua dicitur *resmī* رسمی, orthographica, seu scripturalis, ut *wāwī resmī* واورسمی, *hāī resmī* های رسمی, h. e. quæ scribuntur, sed non proferuntur. Pari ratione multa proferuntur, quæ non scribuntur, ut fit in annexionibus, e. g. *giānī men* جان من, anima mea, quod aliàs ex scriptura legendum videbatur *giān men*. Et in prosa quidem diximus illud *ī* proferendum esse brevissimè & absque ulla pausa, quasi utrumque annexum esset unica vox composita; sed in versu, si quantitas metri id exigat, produci potest, ut si fit metrum *mūstef-ylūn* مستفعلن, dices optimè *giānī menī* جان منی, animam meam, quasi esset scriptum *giānī menī* جانی منی. Et sic liberè usurpant Persæ Turcæque hujusmodi annexiones tam Persicas, quàm Arabicas & mixtas. Et ex eadem ratione copulativam quoque *we*, &, quam diximus Persis & Turcis proferri in eodem commate *wū*, vel *ū* conjunctim cum vocibus copulatis, h. e. si vox præcedens terminetur vocali, legendum *wū*, si consonante, *ū*; breviter quidem in prosa profertur, sed in versu liberum etiam est eam producere pro exigentia metri, ut ex metro *mesfā-ylūn* مفاعیلن مفاعیلن فاعولن *mesfā-ylūn mesfā-ylūn se-ūlūn*, legitur بنام خالق وحتی توانا *benāmī chā-lykū hejjū tūwānā*, in nomine Creatoris, & vivi, & potentis Dei.

Atque, ut melius propinatam hucusque doctrinam percipias, adferamus tandem exempla carminum tam Turcicorum, quàm Persicorum, ex quibus ritè trutinatis, omnia paucis comprehendas. Præcipuam compositionis poëticæ speciem diximus supra esse قصیده *kasīde*, sub qua annumeratur غزل *ghazel*. قصیده *kasīde* quidem poema est constans pluribus distichis, nec paucioribus constare potest quàm tredecim; غزل *ghazel* autem est carmen amatorium, vel oda constans quinque, vel sex, septem, novem, aut undecim, & ad summum, quod rarum est, tredecim distichis. Utrumque autem eodem modo construitur, nimirum primum distichon constat duobus rhythmis, quorum primus, nempè primi hemistichii desinentia, dicitur عروض *arūz*, oblatio. Alter, seu secundi hemistichii rhythmus, dicitur ضرب *zarb*, redditio, reliqua disticha unum tantum

cum rhythmum habent, & eundem quidem cum illis duobus primis hemistichis, nempe in fine cujuslibet secundi hemistichii debet esse eadem consonantia. Poëmatís exemplum non dabo, ne tibi tædio sit tot versuum lectio, carminis autem *غزل ghezal* dicti exemplum esto, quod sequitur ex Poëtæ *مسیحی mesyhy* dicti operibus desumptum:

دهانك اوشو چشم خرده بينه نه يوزدن كورنه يارت بينه
 قشوكه كر هلال اويكنديسه سن انك قالمه غل اكسوكلكينه
 يوزوكه خال و خط كلدي نتاكم ايكي كافر كه بر كونده دينه
 هې سن بنى ايلتمه سينه صرلا نجه يارك سينه سينه
 مسیحی خط كوروب يوزكده ديدي قومك دشمن يابلدي روم ايلينه

dehânün- os-bu césimî chor-de bine, ne jüzden gö-rüne järebbi jine.
kasün-eger-hilâl öjkün-düse. sen ânün-kal-maghylekîrîk- ligine.
jüzün-e châl-ü chât geldy: nitâkim, iki kâfir gele bir-gün-de dine.
ilâbi sen-beni ilet-me sine: sarylmâin-ge jârün-sinesine.
mesyhy chât-görüp jüzün-de didi: koman-düşmen-jâjildyrüm-iline.

Os tuum huicce oculo subtilia aut minuta quæque videnti qualiter videatur, cujus formæ repræsentetur, ò Domine! per Deum! denuo?

Si tua supercilia imitata est, repræsentavit luna nova, id non attribuas ipsius defectui.

Tuo vultui advenit, accrevit cum nævo myrtax recens pullulans, non secus ac si duo Infideles uno die ad fidem accessissent.

O Deus! tu me non perducas ad sepulchrum, donec implicitus adhæserim pectori dilecti, donec in dilecti amplexus venerim.

Mesyhius visâ in tua facie pullulante barbâ dixit, agite, non parcite, hostis extensus est, diffudit se in Græcia, aut Rumelia.

Hoc ergo carmen dicitur *غزل ghezal*, constatque quinque distichis ex genere *هزج bezeg*, seu modulationis, & quia est per licentiam *قصر kasr* dictam diminutum quodlibet ejus hemistichium tribus metris constans, ideo hic dicitur *محر هزج مسدس و عروض* *محر هزج مسدس و عروض* *bahrî bezegî müfessedes we ârûzu zarbes mükâssar*, vel *maksâr*, genus carminis *هزج bezeg* dicti hexametri, seu cujus singula hemistichia tres habent pedes compositos *مفاعيلن مفاعيلن مفاعيلن* *mefâ-ylün mefâ-ylün fe-ülün* ----, ----, ----, in quo ambo rhythmi pedes primi distichi sunt diminuti, aut decurtati per licentiam *قصر kasr* dictam: est enim *مفاعيلن fe-ülün*, pro *مفاعي mefâ-ÿ*, quippe cui dempta est finalis *تيل laba لن lün*. Verum autem sic dividendo scanderet Tyro, *دهانك اوش مفاعيلن* *dihânün- os mefâ-ÿlün*, *بوشمى خر مفاعيلن* *bu césimî chor mefâ-ÿlün*, *ده بينه مفاعيلن* *de bine fe-ülün*, & sic de aliis, quos tibi ideo lineolâ hâc - divisi. Rhythmus ejus est *ينه in*; basis autem ejus *روي rewî* dicta, est *ن nun*, cui superadditum est *ه be* otiosum, quod hic dicitur *وصل wasl*, unio, vel conjunctio; litera autem quiescens, quæ præcedit *بافim*, i. e. *ن nun*, est *ه je*, & dicitur *ردف ridf*, ideoque dicitur *كافية مرتف* *kâfiye mertef*; motio autem literæ præcedentis, quæ est *كسرا kesra*, dicitur *حدو hazw*; motio basis, quæ est *فتها fetha*, dicitur *مجرى megrâ*, & sic ad hunc rhythmum concurrunt tres literæ & duæ motiones, seu vocales, & nostro modo duæ syllabæ; ita ut quilibet versus sit undecim syllabarum, ut vides; *عروض arûz* autem oblatio, seu columna, cui tota carminis fabrica innitur, est hic *بينه bine*, seu *خرده بينه* *chorde bine*, finalis vox primi hemistichii, cui correspondet rhythmico finis secundi hemistichii, nempe *بينه jine*, & dicitur *ضرب zarb*, redditio, pullatio. Reliqua autem disticha habent rhythmum his duobus correspondentem, eorumque prima hemistichia rhythmico non indigent, ideoque dicitur tale hemistichium *خصى chesÿ* castratum. Initium quoque primi distichi, seu prima vox vocatur *صدر sadr*, uti ultimi *عجز eÿz*. Porro ultimum distichon dicitur *شاه بيت shâh bejt*, vel *شه بيت seh bejt*, q. regium distichon, in quo nempe acumen præcipuum debet eminere. Atque in hoc ultimo disticho *شه بيت seh bejt* dicto solent Poëtæ suum nomen, seu cognomentum Poëticum sibi ad libitum adscitum apponere, ut hic *مسیحی mesyhy*, q. Christianus. Denique artificium, acumina, tropos figuræ, quibus intexuit

intexuit & adornavit Poëta hoc carmen, ipse, si vim verborum intelligas, dignoscere potes. Assimilari vides objecti amati supercilia mystacibus super os ejus primum pullulantibus, utraque autem ob subtilitatem arcus formam & pulchritudinem primæ crescenti lunæ. Vides comparari eosdem recens nigricantes mystaces, nævumque ob nigrorem genarum albedini gratiam addentem duobus Infidelibus ad fidem uno die conversis, ex quo nimirum gaudium oritur & jubilatio. Vides in quarto disticho æquivocationem, seu lusum in vocibus *سینه sine* repetitis; prima est Dativus *سینه sine*, sepulchrum, secunda, si nuda sit, est *سینه sine p.* pectus, tertia est adjectio possessivi tertiæ personæ in Dativo: *سینه sine* enim est *pectus ejus*, unde *سینه sine sine* est *pectori ejus*. In ultimo tandem se ipsum animat ad amorosum cum eo bellum, comparando nigrescentem ejus novellam barbam candidis genis accrescentem exercitui Infidelium Græciam Fidelium, ut intendit, sedem invadentium, &c. &c.

Alterum exemplum hujusmodi carminis *غزل ghazel* dicti ex libro *ديوان حافظ دیوانی ہافیز* dicto, toti Orienti ob elegantiam versuum laudatissimo depromptum, est, que primum ejusdem *Hafiz* operum carmen.

که عشق آسان نبود اول ولی افتاد مشکلمها	الا یا ايتها الساقی ادر کاساً و ناولها
ز تاب جعد مشکینش چه خون افتاد در دلها	ببوی نافه کاکر صبا زان طره بکشاید
که سالک بیخبر نبود ز راه و رسم منزلها	بمی ستاده رنگین کن کورت پیر مغان کوید
چرس فریاد مہدارد کہ بر نیدید محفلها	مرا در منزل جانان چه جای عیش چون هر دم
کجا دانند حال ما سبکباران ساحلها	شب تاریک و بیم موج و کردایی چنین هایل
نهان کی ماند آن رازی کز سازند محفلها	شہ کارم ز خود گامی بیدنامی کشید آخر
متی ما تلق من تہوی دع الدنیا و اہلها	حضوری کر ہی خوافی ازونایب مشر حافظ

1. *elā jā ej-jühbšākŷ : edir kâsen-we nâwilhâ. ki jšk âsan-nû-mûd eiwel : weli ūftâ-dû mûskilhâ.* 2. *be bûi nâ-fei kâchyr : sal i ân tur-re bûksjed. zi tâbî gâ-dî mûskines : ci chûn ūftâ-dû der dilhâ.* 3. *be mei seğgiâ-de rengin kûn : geret pîrî-mûghân gûjed. ki sâlık bî-châber nebued : zi râhû ref-mî menzilhâ.* 4. *merâ der men-zilî giânân : ci giânî ây-sî ciun her dem. geres ferjâ-dî mî dâved : ki ber bendî-dî mahmilhâ.* 5. *šebî tâ-râ-kû bîmî mewg : ūgirdâbî-ciünin hâil. kûgiâ dânen-dî bâlî mâ : sehûkbârâ-nî sâhyilhâ.* 6. *hemekârem-zi chod kâmi : bebed nâmi-kêšid âchyr. nihân kej mâ ned ân râzi : kezo sâ-zen-dî mahsilhâ.* 7. *huzûrî ger-bemî châbî : ezû gbâib-mešew hâfyz. metâ mâ tel-ka men tehwâ : de-şid-dünjâ-we ehmilhâ.*

Septem sunt disticha, quæ sic latinè reddi possunt.

1. Agedum ò pocillator, circumfer pateram & singulis porrige, quia amor primâ fronte videbatur facilis, sed acciderunt multæ difficultates. Si nimirum formosa alicui amorem ostenderit, explicat Sudi hujus Authoris commentator, ea statim variis blandimentis te magis magisque illaqueare conatur, sed postea renitentiam ostentans, tibi magnas suscitât molestias, quas cum amans sufferre non possit, modò vino, modò oppio aliisque potionibus se quodammodo refocillare animumque confortare aggreditur.

2. Propter odorem, aut in spem unius vesicæ moschî, quem tandem Zephyrus dissolvit aut dispergit ex illis antiis, seu ex illa dilecti cæsarie disperfurus est, quantus sanguis ex illis nodis moschatæ, seu fragrantis illius cæsarie incidit in corda spectantium: cum enim crisporum crinium nodi difficulter solvantur, adeoque Zephyrus non statim eos dissolvat, aut fragrantiam illam impertiatur, majori semper desiderio afficitur amans, quod significat sanguinem in cor incidere.

3. Vino aspergas tingalve tapetem, (precibus peragendis sterni solitum) si tibi id Cau-po (Abbas) dixerit: non enim ignorat viator aut dux viæ viam modumque ac consuetudinem hujusmodi, i. e. ut explicat Sudi: Si tibi Cau-po aixerit, ut vino vestes tuas commacules, non renuas, sed illius sequaris consilium, cum enim ipse quotidie videat apud se compotantes egregios viros, potiusque effectus aut operationes expertus sit, non ignorat consuetudines, leges, modosque bibendi: dicitis ergò illius parendum videtur, ne postea ob se-

quentem crapulam facti te poeniteat; id tamen totum solent mysticè explicare, debitaque superioribus obedientiæ Religiosos admonere.

4. Mihi in hospitio formosorum, dilectorum, quis locus conversationis? siquidem singulis momentis, continuo campana conclamat, seu edicere videtur, sarcinas componite, colligate. Et quia in aliis exemplaribus loco جاي *giāi*, est امن *emn*, sic illud reddit aut explicat Südius. Quomodo ego tutè aut quietè vivam in conversatione formosorum? siquidem continuo separationis signa dantur, unde assidua requiritur occasionis captatio, si re amatà frui cupis, quod est difficile, &c.

5. Nox tenebrosa, & timor fluctuum procellosi Maris & gurgitis, hujusmodi metus ac periculum cum praesto sit. Ubi (quomodo) sciant statum nostrum leviter onusti, seu onere levati ac liberi incolæ littoris, seu qui jam ad littus pervenerunt, ibique onera sua deposuerunt, i. e. tenebra noctis separationis, seu absentia amati objecti, metus ab emulo, aut, ut loquimur, corrivali, timorque ne voragine perpetua separationis absumamur, nos afficiunt, cum taliter constituti simus, unde status nostri conscii fiunt illi, qui in littore frustrationis rei amatae constituti, neque ab emulis sibi timent, neque separationis metu afficiuntur.

6. Omnis mea operatio aut occupatio, ex eo quòd propriam meam voluntatem sequar, tendit aut conversa est in malum nomen, seu, ut loquimur, malam mihi reputationem conciliavit. Ecquando tectum occultumque maneat secretum, de quo instituantur conventicula aut conversationes? i. e. ex eo quòd me voluntati formosorum non accommodem, sed propriam sequar, malè ubique audio; cum enim requirat amor, ut non solum personam amata addictus omnem honorem servitiumque praestes, sed etiam amicis proximisque ejus, immò cani ejus, juxta proverbium ايسنى اغرليمان ايتنه كك اتر *isni aghyrlajan itine gemük atar*, qui Dominum honorat, cani ejus os projicit; ita qui magis proprium desiderium explere curat, quam eam dilectam suam subjectionem exhibere, indiscreti amantis nomen acquirit; cum autem amor occultari cupiat, quippe qui in intimo corde sedem fixit, quomodo, si tot circumstantiae aut personae amatae aut ab hac amatis omnibus personis & rebus deferentia & submissiones exiguntur, occultari possit secretum amoris, de quo passim fiunt in quolibet conventiculo confabulationes; quod enim pluribus, quam duobus notum est, divulgabitur juxta dictum Prophetam كل شيء جاوز الاثنين شاع *küllü şeyin giāwez el-esnejü şā-ē*. Quicquid excedit notitiam duorum divulgatum est.

7. Si quietem amas, o *Hāfiz*, hoc non negligas, si vis frui re amatā, seu pervenire ad fruitionem boni amati, vel amandi, valedic mundo, seu mundanorum abjice curam, quod per se clarum est.

Hoc ultimum hemistichium, uti & primum primi distichi, sunt, ut vides, Arabica, reliqua Persica.

Carmen hoc est ex genere *هزج سالم* *hezegī sālim*, aut, ut alii volunt, alterius generis, mensura ejus est *مفاعيلن* *mefā-ylün* quater in singulis hemistichiis repetitum. عروض *arūz*, seu oblatio ejus est *ناولها* *nāwilhā*, cui respondet ضرب *zarb* rhythmus secundi hemistichii *مشكلها* *müskilhā*, unde rhythmus est *لها* *ilhā*, cujus basis *روي* *rewi* dicta est litera *ل* *lām*. Quòd si fuisset in rigore rhythmus Arabicus, debuisset esse in omnibus *اولها* *āwilhā*, & tunc motio literæ præcedentis, seu vocalis *فتحة* *fetha* dicta fuisset *رس* *res*, *ا* *elif* fuisset *رف* *ridf*, seu *الف تأسيس* *elif tēsis*, و *waw* fuisset *حرف دخيل* *herf dachyl*, cujus motio, seu vocalis *كسرة* *kesra* dicta fuisset *اشباع* *isbā*. Sed, uti dictum est, Persæ ac Turcæ hunc rigorem non servant, uti hic totus rhythmus consistit in quatuor literis & tribus vocalibus, unde *ناولها* *nāwilhā* respondent alii rhythmii *مشكلها* *müskilhā*, *دلها* *dilhā*, *منزلها* *menzilhā*, &c. Versus autem Tyro-nibus sic scanduntur *مفاعيلن* *مفاعيلن* *الايان* *elā-jā ej. mefā-ylün*, *جبهه سا* *jühes-sā-ky mefā-ylün*, *ادركاسا مفاعيلن* *edir kāsā mefā-ylün*, *ونا ناولها مفاعيلن* *we nāwilhā mefā-ylün*, *نود اول مفاعيلن* *nūmūd ewwel mefā-ylün*, *كده عشق آسان مفاعيلن* *ki jšk āsān mefā-ylün*, *ولي افتامفاعيلن* *weli üftā mefā-ylün*, *دو مشکلها مفاعيلن* *dū müskilhā mefā-ylün*. Ubi primò advētas velim, pausam temper in medio fieri, ubi sensus est quodammodo partialiter completus. Nota in secundo hemistichio *افتاد* *üftād* esse propriè dissyllabum, & tamen in scandendo carmine legi quasi trissyllabum *üftādü*, cum enim ultimus pes, seu ultimum metrum debeat esse quadrisyllabum cum prima brevi, *تا* *tā* autem

tem

tem absque hoc sit per se longum, sic in legendo additur finali breve *ū*, vel *ī*, ut completa sit mensura, quod etiam licet in positione, ut in *كجارداند حال ما*, quod sic legitur *kūgiā dānen-dī hālī mā*.

Scias porro, Poetas Orientales hoc carminum genere *غزل ghazel* dicto maximè delectari, in eoque vim ingenii sui artisque magisterium ostentare solere, uti, v. g. Poetae Italici in carminibus, quae *Sonetto* vocant, acumen ingenii artisque peritiam patefacere student. Deducunt itaque cadentias, seu rhythmos per omnes Alphabeti literas, incipiendo ab *l* *elif* usque ad *y je*, & quando tot fecit aliquis, quot literae sunt, & quidem varia variorumque generum carmina in singulis literis, tunc dicitur *ديوان صاحبی diwān sābybi*, & *حافظ hāfyz*, opusque tale vocatur *ديوان diwān*. Unde fit, ut noster hic Author ob elegantiam versūs in toto ejusmodi opere *ديوان حافظ diwānī hāfyz* dicto, eminenter dicatur *حافظ hāfyz*, quod etiam cognomentum, sibi in carminibus suis assumpsit. Aliās nomen ejus est . . .

Atque in prædicto opere ipsius leguntur 15. *غزل ghazel*, seu *odæ* in *l elifā* desinentes. In *ب be, b*, seu *eb, ib, üb* 4. In *ت te, t*, 90. In *ث s*, una. In *ج gim, g*, una. In *ح hā, h*, 2. In *خ chy, ch*, una. In *د dal, d*, 165. In *ذ* nulla. In *ر re, r*, 15. In *ز ze, z*, 12. In *س sin, s*, 56. In *ش šin, š*, 22. In *ص sad, s*, 2. In *ط ty, t*, una. In *ظ zy, z*, una. In *ع ejn, e*, 4. In *غ ghajn, gh*, una. In *ف fe, f*, una. In *ق kaf, k*, 3. In *ك kef, k*, 3. In *ل lām, l*, 10. In *م mim, m*, 77. In *ن nun, n*, 25. In *و waw, u*, vel *w*, 11. In *ه he, h*, vel *e*, 17. In *ي je, i*, vel *j*, 77. & sic in universum in unum volumen reduxit Carmina hujusmodi, seu gazellas numero 569. à se variis temporibus compositas.

Quòd si denique carmen hoc velis ad etymologiam revocari, fiat exercitationis Grammaticæ causā.

Initio primi distichi vox Arabica *ال elā* dicitur *Sūdio* ejus commentatori probatissimo *حرف استغاث hārfi istiftāb*, particula inchoativa, quæ aliās dicitur *حرف تنبيه hārfi tembih*, particula, seu adverbium aut interjectio excitandi, Age, eja, Sū, sus, holā. *يا jā, ò*, *حرف ندا hārfi nidā* dicitur, adverbium vocandi. *عجی ejjū*, quicumque es, *منادي münādā*, est vocatum, *ها hā* ipsi adjecta dicitur *حرف تنبيه hārfi tembih*, interjectio excitantis, *الساقی esāky*, est verum *منادي münādā* vocarum, quasi diceres, ò quis es tu pocillator; *ساقی sāky* quidem dicitur propriè aquarius, qui aquam defert præbetve, vulgò *saka*; sed & pro pocillatore, qui in confessu compotatorum pateram aut scyphum vino implet & singulis in orbem porrigit sumitur. *اد edir* circumfer, in orbem age, est Imperativus Verbi *ادار edāre*, quartæ Conjug. à radice *دار dāre*, pro *دور de-vere*, quod est concavum & conjugatur ut *قال kāle*, dixit. *كأس kāsen*, scyphum, in Accusativo tanquam casus Verbi Activi. Aliās est *كأس kees*. Pl. *كؤوس kūūs*, *كياس ki-ās*, & *كأسات keesāt*, propriè poculum vino plenum aut cyathus vinum continens, & aliquando ipsum vinum. و *we*, & *حرف عطف hārfi atf*, particula conjunctionis, seu conjunctio copulativa, *ناول ناول nāwilhā*, porrigere eam, *ناول nāwil* est Imperativus Verbi *ناول nāwele*, tertiæ conjug. à radice *نال nāle* Verb. concav. ut *قال kāle*, *ها hā* illi affixa, *ضمير مؤنث zemiri müennes*, pronomen relativum affixum fœmininum, quod *كأسه kāse rāgi-dūr* refertur ad *kās*; *كأس kās* autem, seu *كأس kees* terminatione videtur masculinum; sed sciendum, quòd fortassis debito loco non exposui, non solum *خمر chemr*, vinum, sed omnia alia nomina vini, ejusque instrumenta, epithera, & quæcunque ad vinum pertinent, usurpari in fœminino genere, unde & hîc *كأس kās*, seu *kees* censetur fœmininum. Secundi hemistichii initialis *ك ki*, quia, *هاي هائي hāi* *resmi ile* cum *he* otioso, est hîc *حرف تعليل hārfi tā-lil*, conjunctio causalis. *عشق şşk*, vulg. *âşk* a. amor, pec. intensus, *آسان āsām*, facilis. *نود nūmūd*, visus est, فعل لازم *ایله متعدی nūmūden*, quod *لازم ایله متعدی lāzūm ile mūte-âddi bejninde mūsterektūr*, Verbum est commune passivæ & activæ significationis, ostendere & ostendi, seu videri, *mostrare*, & *parere*: hîc autem est passivæ significationis, amor visus est facilis. *ولي welī*, sed, Arabicè *لکن lā-kin*, *حرف استدر اکدر hārfi istidrāktūr*, est conjunctio adversativa, *افتاد üftād*, acci-

dit,

quod liberum esse superius dixi. رسم *resm*, consuetudo, præscriptum, & منزلها *menzilbā*, Pl. Persf. منزل *menzil* . hospitium, diversorium, mansio, &c. hinc intelliguntur *caupona*.

4. مرا *merā*, mihi, ضمير متکلم *zamīri mütekellim*, Pronomen primæ personæ. در *der*, in, præp. منزل *menzil*, diversorium, habitaculum, جانان *gianān*, est regulariter Pl. تـه جان *giān*. q. animæ, sed communiter sumitur pro formosis, aut amatis, dilectis. چه *ci*, quid, وـه qualis, كه استغفام *kelimeī istisfām*, dictio, seu pronomen interrogativum. جای *giāj*, seu جا *giā*, locus, جای عیش *giāj ejš*, locus victus, vivendi, est annexio Substantivi cum altero, عیش *ejš*, vul. *š*, vita, victus, vivere, vitam ducere, وـه conversari. چون *ciūm* pro چونکه *ciunki*, siquidem, quandoquidem, cum; هر *her*, omnis, quilibet, singuli, کل افراد *küllī efrād* . singuli, دم *dem*, tempus, هر دم *her dem*, omni tempore, semper, continuo, جرس *geres*, campana, tintinnabulum. فریاد *ferjād*, clamor implorantis auxilium, میدارد *midāred*, tenet; præfixum می *mī* معنای ایدر *mānāi hālijet ifāde ider*, indicat aut importat significationem Præsentis, ut *bi*, vel *bū* Futuri; fit tamen aliquando usurpatio unius pro altero, utrumque autem interdum continuationem actionis denotat. Additur autem *seu* præfigitur interdum *می* *mī*, *ه* *he*, *همی* *hemī*, quod *ه* *he* tunc dicitur های تأکید *hāi teekid*, *he* confirmationis, دارد *dāred*, فعل مضارع *fi-li muzāryā*, Futurum Verbi دارند *dāriden*, ejusdem significationis cum usit. داشتن *dāsten*, habere, tenere, & hinc est Verbum auxiliare, فریاد میدارد *ferjād mī dāred*, clamorem edit, conclamat, edicit. که *ki*, ut, quod, hinc merè redundat. *بر بندید* *ber bendid*, *بر* *ber* præfixum confirmationis ergo est, absque eo enim etiam ferè idem significaret *bendid*, colligate & colligite, فعل جمع امر *fi-li gem-ji emri muchātybtür*, est Plurale Imperativi secundæ personæ à Verbo *bendiden*, ejusdem significationis cum usit. بستن *besten*, محملها *mahmilbā*, Pl. Persf. تـه محمل *mahmil* . onus, sarcina: colligate & colligite sarcinas.

5. شب *šeb*, nox, تاریک *tārik* obscuritas, & obscurus, شب تاریک *šebi tārik*, annexio est, nox tenebrarum, vel nox obscura, و *ü breve*, &, conjunctio copulativa, بیم *bim* موج *bimī mewg*, annexio est, timor undæ, fluctus, بیم *bim* . قورقو *korku*, timor, موج *mewg* . دکنر تـازی *den-iz talazi*, procella, و *ü breve*, &, گردابی *girdābi*, gurges unus, aut vortex aquæ. *ی* enim finale ejus dicitur *جای واحدت* *jāi wahdet*, *je*, vel *i* unitatis, aut certè *تکثیر* *takīr* *jāi tenkir*, *je*, vel *i* indeterminatōnis, q. aliquis vortex, gurges, & sic *بیم موج و گردابی* *bimī mewgjiū girdābi*, timor procellæ & alicujus periculosi vorticis, چنین *ciūm*, hujusmodi, est compositum ex چون *ciūn* abbreviato, ut sit *چن* *ciūn*, & ex این *in* pariter abbreviato; چون *ciūn* dicitur ادات تشبیه *edāti tesbih*, adverbium similitudinis, این *in* اشارت قریب *ifmī isāretī kerib*, Pronomen demonstrativum propinqui, est ergo proprie, sicut hic, i. e. hujusmodi, هائل *hāil* . terrificus, periculofus, ا هول *hawl*, terror, وـه res terribilis, کجا *kūgiā*, ubi, pro quomodo, vel ubinam gentium? دانند *dānend*, scient, sciant, جمع غایب فعل مضارع *gem-ji ghāibi fi-li muzāryā*, tertia persona pluralis Futuri *seu* Aoristi à Verbo دانیدن *dāniden*, ejusdem significationis cum usit. دانستن *dānisten*, scire, nōsse, حال ما *hālī mā*, statum nostrum, annexio est. حال *hāl* . status, وـه res, negotium, سبکباران *sebükbārān*, onere levati, est Pl. تـه سبکبار *sebükbār*, tanquam nominis hominis, de homine enim intelligitur. *سبکبار* *sebükbār* compositum est ex سبک *sebük*, levis, & ex بار *bār*, onus, وـه simul acceptum significat leve onus habens, وـه onere levatus. ساحلها *sāhylhā*, ora Maris, littora, Pl. Persf. تـه ساحل *sāhyl* . ora Maris, littus, سبکباران ساحلها *sebükbārānī sāhylhā*, est annexio duorum Substantivorum.

6. همه *heme*, omnis, کار *kār*, actio: affixum ei *م* *em*, est ضمير متکلم *zamīri mütekellim*, Pronomen primæ personæ possessivum, کارم *kārem*, actio mea, ز خود کامی *zi chod kāmī*, ز *zi*, ex, خود *chod*, ipse, کام *kām*, voluntas, Compositum خود کام *chod kām*, propriam qui sequitur voluntatem, additum *ی* *je*, حرف مصدر *harfi mestar*, q. particula Infinitivi, quæ facit abstractum, & æquivaleret Turcico *lyk*, unde est propriam voluntatem sequi, *ببدنامی* *bebednāmī*, ad ignominiam. Præfixum *ب* *be*, حرف صلہ *harfi syle*, ad, بد *bed*, malus, نام *nām*, nomen, بدنام *bednām*, malum nomen habens, affixum *ی* *i*, facit abstractum, ut in præcedenti, malè audire, کشید *kesid*, con-

versus est, vergit; آخر *āchyr*, tandem, *finalmente*. نهان *nihān*, occultus, absconditus, abbreviatum à پنهان *pinhān*. کی *kej*, quando, ماند *māned*, manebit, maneat, فعل مضارع *fi'li muzāry**, Futurum, seu Aoristus Verbi communis مانیدن *māniden*, ejusdem significationis cum ماندن *mānden*, manere & relinquere, seu finire manere, etiam similem esse. آن *ān*, ille, اسم اشارت بعیده *ismī isāret be-īde*, Pronomen demonstrativum remoti. راز *rāz*, secretum, occulta res, affixum ی *i* denota unitatem, vel indeterminationem, رازی *rāzī*, aliqua res occulta, secretum unum. کزو *kezū*, de quo, کلدن مرکبدر اوچ *ūc ketimedēn mürekkebtür*, compositum est ex tribus voculis, ex ک *ki*, quod, cujus *he* otiosum ademptum est, ex از *ez*, & ex او *ō*, vel *ū*, is, ea, id, & sic est pro او *ki ez o*, او *o, ū*, ضمیر مرفوع منفصلدر *zemirī mersū münfelyldür*, Pronomen est relativum disjunctum, seu separatum; estque modus loquendi similis Turcico, etiam vulgari Polonico, ut dixi in Etymologia, quod de eo. *hoc est*, de quo, eo o *mm*. سازند *sāzend*, faciunt, parant, conficiunt, فعل مضارع جمع غایب *fi'li muzāry* gemā ghāib*, tertia Pluralis Futuri, seu Aoristi Verbi سازیدن *sāziden*, ejusdem significationis cum usit. ساختن *sāchten*. محفلها *mahfilhā*, concelsus, congregationes, Plurale est Persicum محفل *mehfil*.

7. Ultimi distichi prima vox est حضوری *huzūrī*, quietem aliquam, cum addito seu affixo وحدت یای *jāi wādet*, *i* unitatis, seu تکبیر یای *jāi tenkīr*, indeterminationis. حضور *huzūr*, propriè est *praesentia*, نعیض غیبت *nekīzī ghajb*, contradictorium absentiae, مقابل سفر *mukābili sefer*, oppositum itinerationi, subsistentia, consistentia in loco; hīc autem est *quies*, خوابی *chābī* حضوری *huzūrī ger hemī chābī*, si aliquam optas quietem, *ger*, si, *conjunctio*, pro *اکتر* *eger*, همی *hemī*, حرف حال *herfī hāl*, particula Praesentis, خواهی *chābī*, vis, مخاطب فعل مضارع *fi'li muzāry* muchātyb*, Aoristus secundae personae Verbi خواهیدن *chāhīden* ejusdem significationis cum usit. *chāst n* velle, optare, cupere, از *ezo*, ab eo, pro از او *ezo*, غایب *ghāib*, absens, حاضر *mukābili hāzır*, oppositum حاضر *hāzır*, praesens, sed hīc est *incoutus*, *improvidus*, aut *negligens*, prout in nonnullis etiam Exemplaribus legitur غافل *ghāfil* *mešew*, non sis, فعل نهی حاضر یعنی مخاطب *fi'li nekījī hāzır, jānī muchātyb*, secunda persona Singularis Imperativi, & sic از غایب *mešew*, non sis absens, non absis ab hoc, *i. e.* id non negligas; nam ut in Turcicis غافل اولف *ghāfil olmak*, ita in Persicis غافل شدن *ghāfil šuden*, negligere, construitur cum Ablativo. حافظ *hafız*, *ō Hafız*, tubticetur enim حرف ندا *herfī nidā*, ای *i*, *ō*, Adverbium vocandi. *metā* . ut, ad hoc ut, propriè, quando, si quando, اسم مقصوددر *esmāi mankū-seden dūr*, est ex Nominibus defectivis, apud nos Adverbium temporis, aut *Conjunctio* conditionalis; hīc *ad hoc ut*. ما *mā* ipsi additum, est حرف زاید *herfī zāid*, particula redundans. تلق *telkā*, convenias, videas, فعل مضارع مخاطب *fi'li muzāry* muchātyb*, secunda persona Futuri Verbi تلقی *lekā*, seu *lakyje*, Fut. *jelkā*. Est ergo تلق *telkā* pro تلقی *telkā*, متی ما تلقی *metā mā telkā*, est pro *متی اردت ان تلقی* *metā erde en-telkā*, quando volueris, ut convenias, si pervenire cupias ad. . من *men*, is qui, indeclinabile, اسم موصول *ismī mevsul*, Pronomen relativum, & est hīc casus Verbi, quasi dicas eum, vel ad eum, qui, seu hīc, quem, *تهوی* *tehvā*, amas, appetis, فعل مضارع *fi'li muzāry* muchātyb*, secunda persona Futuri hīc praesentis Verbi *تهوی* *tehvā*, seu *hevije*, Fut. *jehvā*. *debat esse* *تهواه* *tehvāhū*, juxta constructionem Arabici relativi الذي *ellezī*, من *men*, &c. Sed hīc omissum est Pronomen illud relativum *دع الدنیا* *de-īd dūnjā*, sine, relinque mundum, valedic mundo, *دع* *de*, امر *emrī muchātybtür*, secunda persona Imperativi Verbi (sed in hac significatione in aliis temporibus inusitati) *ودع* *wade*. *ē*. Participia tamen ulurpantur nonnunquam à Poëtis, sed *ندرتله* *nedretle*, raro, nimirum *وادع* *wādy**, relinquens, missum faciens, *مودوع* *mevdū**, missus factus, relictus. Notesque propter sequentem articulum, seu ejus *وصل* *waslum*, *b. e.* *elīf* unionis, *gerzām* mutari in *kesrām*, & dici *دع الدنیا* *de-īd dūnjā*, relinque, missum fac mundum, و *we*, & *عجلها* *ehmilhā*, intermitte, missum fac eum. *عجل* *ehmil* enim est Imperativus Verbi *عجل* *ehmele* quartae Conjugationis à radice *عجل* *ehmele*; *ها* *hā* autem ei affixum, est ضمیر منسوب *zemirī mensūb*, Pronomen affixum relativum foemininum, quia refertur ad *دنیا* *dūnjā* foeminini generis.

Huic

Huic poëmatum generi annumeratur, ut supra innui, *قطعه kyt-ê*, segmentum, sectio, species carminis ferè similis huic *عزله ghazel*, rhythmum scilicet eundem habens in singulis distichis cum primi distichi binis hemistichiis, & ut plurimum est doctrinalis, ut extant aliquot Dictionaria Arabica & Persica hujusmodi versu ad juvandam puerorum aut Tyronum memoriam composita, e. g. Dictionarium Persicum Turcicè explicatum *لغت شاهدي lughatî shâhidî* dictum, cujus prima sectio seu *قطعه kyt-ê* est hæc:

فكرينك آدي دررايزد ويزدان خدای داخی بزرگ اولويول کوستر بچي رهنماي
هم دخی پيغمبر اول کيم ويره حقدن خبر باي توانگر درر يوخسله دير لکر کدای

tân-rinün-â-di dürür: izidü jez-dân chudâj. dächy büzürg-ulu jol: göfterigi-rehnümâj. hem dächy pej-ghamber ol: kim wire hak-tan chaber. bâi tüwân-ger dürür: jochsüle dir-ler gedâj.

Nomen Dei est Persicè *izid*, *jezdân*, *chudâj*, h. e. Deus dicitur Turcicè *tân-rî*, ferè *tân-gri*, Persicè autem dicitur *izid*, *jezdân*, & usit. *chudâj*. Turc. اولو *ulu*, Pers. بزرگ *bü-zürk*. Sic *يول گوستر بچي jol göfterigi* .. monstrator viæ, dux, رهنماي *rehnümâj* p. Dicitur etiam *پيغمبر peyghamber* p. Propheta, کيم ويره حقدن خبر *kim wire haktan chaber* .. ille, qui à Deo & de Deo aliquid annuntiat. باي *bâj* .. dives, توانگر *tüwânger* p. Idem.. يوخسله *jochsul* .. pauper. کدای *gedâj* & *gedâ* p. Idem, & sic consequenter. Loco autem *شہ بيت shê bejt* finalis præcipui, ubi gazellarum compositores suum nomen inscribere solent, ponunt in primo hemistichio mensuram versûs, & in secundo aliquam sententiam aut admonitionem, ut in fine hujus *قطعه kyt-ê* scribitur: مفتعلن فاعلن مفتعلن کيم بوکتابي اوقور علم اولوراکا *müfte-ylün fâ-ylün*, & pro altero hemistichio قولای *kim bu kitâ-bî okur: ylm olur an-a kolaj*, qui hunc librum leget, ei fiet aut reddetur scientia facilis, & hoc carmen est ex genere *بکر منسرح behri münseryh* dicto, rhythmici *âj*, ut vides. Ubi notes velim licentiam, quâ gaudent Turcæ, scribendi & syllabas suas producendi aut corripendi libertatem, v. g. in *فكرينك tan-rinün-*, prima syllaba est naturâ, h. e. positione longa, & alterari quidem non potest, sed sequentes duæ sunt hæc breves, & si opus esset, possent alibi fieri ambæ longæ. Sic in primo disticho, ut produceret *دخی dächy*, adjunxit ei *ل* & scripsit *دلخی dächy*, cum in sequenti disticho illud idem corripuerit, scribendo illud *دخی dächy*, & sic passim in aliis.

Cæterum hujusmodi compositiones in breviora capita divisa & *قطعه kyt-ê* dictæ, fiunt sæpius in altero poëmatum genere *مثنوي mesnawi* dicto, e. g. in libello morali *پند عقار pendî âttâr* dicto sextæ sectionis aut *قطعه kyt-ê*, initium est hoc *در فوايد خاموشى der fevâ-idi châmûsî*, de emolumentis taciturnitatis intitulatæ, initium est hoc *اي بردار کړ توهستى* *bi-râder-ger tü bestî-hak taleb: giüz beferimâ-nî chudâ mek-sâjî leb. ger chaberdâ-rî zi hajî-lâ-jemût: ber zebânî-chod binib müh-rî süktûs*. O frater amice, si tu es recti studiosus, aut si quod rectum est, quæris, labia non aperiās, nisi juxta mandatum Dei. Si notitiam habes Dei vivi, immortalis, pone super linguam tuam sigillum taciturnitatis aut silentii, &c. Ubi vides, hemistichia cujusque distichi rhythmico convenire, singula autem disticha aliis & aliis rhythmis constare. Et hujusmodi rhythmis doctrinas suas morales multi Poëtæ propinare, historiasque & alia describere solent. Unde cum tibi ipse innumera hujusmodi exempla ex variis libris decerpere possis, huic tractatui de Arte metrica finem impono.

قضارا زنی از بام خانه در کوچه می نگریست از سرگردانی زاهد فهم کرد که مرد غریب است اورا (ک). *kezârâ zenî ez bâmî châne der küce mi nigerîst, ez serğerdânî zâhid fehmi kerd ki merdî gharîb est, orâ bemekâmî chod dâwet kerd.* Fortè quædam mulier ex tecto seu superiori parte domus in plateam respiciebat, ex conturbatione Monachi, intellexit cognovitve eum esse extraneum, ipsum ad suam domum hospitiumve suum invitavit. *keza* e. decretum, fatum, Persis autem sæpe, fortè, fortunâ, fataliter, casu, contigit ut, cui sæpe addunt, ut hîc, ر *râ*, قضارا *kezârâ*, fato, propter vel per fatum, &c. زنی *zenî*, una seu quædam mulier, بام *bâm* p. tectum, & superior pars. کوچه *küce*, vel *koçe* p. platea, forum, می نگریست *mi nigerîst*, Imperf. سرگردانی *serğerdânî* p. Abstractum *tâ serğerdân*, Comp. ex سر *ser*, caput, & گردان *ğerdân*, vertens & versus, errans, in orbem actus, & simul attonitus, atque vertigine tactus, conturbatus. فهم کردن *fehmi kerdn*, intelligere, percipere, capere, مرد غریب *merdî gharîb*, extraneus homo, advena, peregrinus, دعوت کرد *dâwet kerd*, invitavit, دعوت *dâwet*, Act. seu Infinit. *dâ de-â*, اورا *orâ*, eum, Accus. determ. مقام خود *bekâmî chod*, ad proprium hospitium. مگر بر کوچه بر زن روزه خانه سندن نظاره ایدرکن نظری زاهده راست کلدی *mezârâ* Turcicè مگر بر کوچه بر زن روزه خانه سندن نظاره ایدرکن نظری زاهده راست کلدی *mezârâ* *meğer bir köcede bir zen rewezeneî châneşinden nezâre iderken nezârî zâhîde râst geldy, serğerdantlyğhynden merdî gharîb idüğün bilüp menziline dâwet kyldy.* Fortè in quadam platea mulieris ex fenestra suæ domus prospicientis oculus in Monachum incidit, ex ejus conturbatione percipiens eum esse peregrinum, ad divertendum ad se invitavit. نظاره *nezâre* e. (in meo Exemplari est *nezârâ*, sed, ut omninò existimo, erroneè) prospectio, & deambulatio, quæ fit spectandi ergo. *Gol.* نظر *nezâr* autem est Actio, visio, aspectio, & visus, oculus: راست *râst* کلمک *gelmek*, occurrere, obvium habere, incidere, *constr. cum Dat.* منزل *menzil* *Nomen loci & temporis, locus descensus, hospitium, locus, ubi quis divertit aut subsistit.*

وزاهد لجايت نموده در منزل او پای نهاده پای افزاز بکشود و در گوشه کاشانه باوراد خود (ا). *we zâhid iğîâbet nûmûde der menzîlî o pây nihâde, pây efrâz büküsüd we der köceî kâşâne be ewrâdî chod meşğûl sūd.* Monachus quoque invitatione acceptatâ in hospitium ipsius pedem imposuit, calceamenta exiit, & in angulo cubiculi precibus suis laudibusque Dei operam dedit. لجايت *iğîâbet*, acceptatio, acceptare, annuere, Infinit. 4. Conjug. à rad. Conc. جاب *ğîâbe*, نمودن *nûmûden*, ostendere, hîc est auxiliare, پای *pây* *pây nihâden*, pedem imponere, ingredi, پای افزاز *pây efrâz*, & کوشود *büküsüd*, Præter. *tâ kûşûden*, i. q. کاشان *kûşûden*, aperire, solvere, باوراد *be ewrâd*, e. *be*, præp. hîc nota Dativi, اوراد *ewrâd* e. Plural. *tâ wîrd*, continuatæ laudationes, preces, psalmodia, مشغول *meşğûl*, Part. Pass. *tâ şeğhale*, مشغول شدن *meşğûl sûden*, occupari, occupare se, attendere, operam dare. *Turc.* زاهده اول کاشانه *zâhidte du-â idüp dâwete iğîâbet itty, ol kâşâne köşesinde jer göşterdiler, oturüp ewrâdî ezkârîne meşğûl oldy.* Monachus etiam fausta apprecatus invitationi annuit, in angulo illius cubiculi aut hospitii locum indicârunt, sedit & precibus suis operam dedit. لجايت *iğîâbet* e. cum Dat. اوراد *ewrâdî ezkâr*, synonyma.

وآن زن به بدکاری و ناپاک و ستاری معروف بود و کنیزکان جهت فسق و فحور مهتا داشتی (م). *wân zen be bedkârî wû nâpâkî şabhârî mârûf bûd we kenîzegân ğibesî fisku fûğîür mühejîrâ dâstî.* Atque illa mulier malarum operationum & impuritatis ac maleficii notâ infecta

infecta notoriè erat, ancillasque ad lasciviam & libidinem paratas tenebat, alebat. *وان* *wân* legunt pro *we an*, & illa, *به* *be*, *prep.* sæpe conjungitur *به*. *ستاری* *sabhârî*, Abstractum *تہ* *sabhâr* a. maleficus, præstigiator, معروف *mærûf*, cognitus, notus, celebris, Part. Pass. *تہ* عرف *êrefe*, کنیزگان *kenizegân*, Pl. *تہ* کنیزک *kenizek* p. Ancilla, pec. ære emptâ, جهت *gîbet* a. latus rei, respectus, &c. à radice *wegehe*, aliàs hic, respectu, ob, ad. *فجور* *fisku fûgiûr* a. *synonyma*, prævaricatio, improbitas, lascivia, adulterium, icortatio, &c. داشتی *dâstî*, i. q. میداشت *mîdâst*, Imperf. *تہ* داشتن *dâsten*, tenere, habere, &c. *Turc.* مکر اول عورت ناپاک و بدکرداری و فسق و فجور ایچون *meger ol êwret nâpâkû bedgîrdâr idy, we fisku fûgiûr îciün mübejjâ kenizekleri waridy: bejt: wirürdy her birine dürlü zînet: gezerdy her gîge sübbet be sübbet.* Fortè illa mulier impudica & malæ artis erat, ac ad lasciviam remque veneream paratas ancillas habebat. *Versus:* Singulis earum fingula addebat ornamenta, ambulabat quâvis nocte de convivio in convivium.

ویکی از ایشان که کوشه جمالش عروسان بهشت را جلوه دادی و از تاب عذارش آفتاب عالم تاب (n) بر آتش غیرت سوختی چشم مستش بتیر غمزه هدف سینه را چون سینه هدف رخنه ساختی و لب جانمشش بشکر تنک کام دلرا چون تنک شکر حلاوت بخشیده نظم خرامنده پای چوسرو بلند مسلسل دو کیسو چو مشکین کند ز سبب زنج کوی انکیخته برو طوقی از غمغاب او بخته بدان طوق و کوی ان بت هر جوی ز هر طوق برده زخ رشید کوی با جوانی زیبا روی مشکین موی سرو بالای ماه سپه‌های شیرین زبان باریک میان که ترکان خطایی از چین زلفش چون سنبل در پیچ و تاب بودند و فوش لبان شیرینی از شوق شکر شعور انگیزش چون دل عاشقان در اضطراب بیت روی چه گونه *we jekî ezîânîrâ ki kosei gemâles êrûsânî behîstrâ gîlwe dâdî, we ez tâbî fîzâres âfîtabî âlem tâb ber âtesî ghajret süchtî, çesmî mestes betîrî ghamze hedeftî sînerâ ciün sîneî hedeftî rachne süchtî, we lebî gîân bachsê be sekerî tenkkâmî dilrâ ciün tenk seker halâwet bachsîde: nazm: chyrâmende paj ciü serwî bülend, müselfel dü kejsü ciü müskîn kemend, zi sîmîn zemach kiüj engfichte, ber o tawky ez ghabghab âwîchte: bedân tawku kiüj ân büti mihr giüj ziber tawk bürde zi chorîd kiüj: bâ giüwânü zîbâ rûj müskîn müj, serw bâlâj mâh sîmâi sîrîn zebân hârik mijân ki türkânî chatâjî ez çinî zulfes ciün sümbül der pîciü tâb bûdend we nûs lebânî semerkandî ez serwky sekerî sîr engfizes ciün dilî âsikân der yzdyrâb: Distichon: rûjî çigüne rûjî, rûjî ciü âfîtabî, zulfî çî güne zulfî her halkê dü tâbî, dilbestegî âmede bûd.* Ex his autem uni, cujus angulus aut extremitas formæ aut pulchritudinis spon-
 sis nymphisve Paradisi nitorem addebat, cujus genarum fulgor Solem orbis illumina-
 torem igne zelotypiæ succendebat, cujus ebrius oculus sagittâ obtuitus scopum pecto-
 rum quasi scopi centrum diffringebat, cujus labia vitam largientia saccharo, suavitate suâ,
 angustiato aut afflicto cordi instar sacchari Candii dulcedinem propinabant, imper-
 tiebantur: *Carmen: Pompatici gressûs instar proceræ cupressûs, cincinnos habens binos in-
 star moschatorum laqueorum, ex argenteo mento emicat pila seu sphaera, & sub ea, spirâ
 torquesve ex collo pendens, in apice illius torquis pileque est amabilis ille fons, puteus amoris,
 & undique Soli palmam præripiebat: cum Adolescente faciem formosam, cæsariem mo-
 schi instar odoriferam, staturam cupressûs instar proceram, vultum lunæ instar resplen-
 dentem, linguam suaviloquam, subtiles lumbos habente, ex cujus cincinnorum flexibus
 Turcæ Chytajenses, seu formosi Sinenses hyacinthorum instar toti crispi & impliciti fa-
 cti sunt, & cujus ore ridente ac sacchareo tumultum in amantibus excitante, sac-
 charea labia habentes Semercandenses non secus ac corda amantium ardescunt & exagi-
 tantur; Distichon: Facies ejus, qualis facies? facies instar Solis, cincinnus, qualis cincinnus?
 ex uno annulo, seu nodulo due plice & duo ardores: animi addictio amorisque nexus com-
 pactus fuerat, Verbo, cujusdam formosi Juvenis amore ardebat. Vides hic Verbum in fi-
 ne tam protractæ periodi propter amplificationem in hyperbolica poeticaque descriptione
 pulchritudinis utriusque consistentem: quod illis frequentissimum est in hujusmodi locis.
 Turcicus autem Interpres idem sic reddit paulò clariùs: اول جوارینک بریسی شته جمال
 ol gewârîniün birîsî ki semmeî gemâlî bakemâlî hürânî gî-
 nânê gîlwe ta-lim iderdî, we âfîtabî âlem tâb tâbî fîzârînden âtesî ghajret ile jânüp gî-
 derdî, çesmî âsik küsî sîneî âsikî chadenkî ghamzeje nîsânê kylmîs idy, we lebî gîân-
 bachsî*

bachsi telch kamlere tenk seker gibi halawet wirmis idy: kamer hemsiresi idy ghabghabi-nun: seker hemsehrisi idy leblerinun. güline sümbülün kylmys perisan asylmis bir kyline bin- delü giän: lebinden la-lün- olmysdy jeri senk, dehäninden seker kalmysdy dil tenk: bir giüwänü zibä rüji müsün büj, serw bälä, mäh simä, širin zebän, bärük mijän ile ki türkänü chatäji cini zülfinden sümbül gibi piciü tabte, we nülebänü femerkandi sewkÿ sekeri sür engizinden dilü üssäk gibi yzdyrabte idy: rüji ci gune rüji, rüji ciü ästabi: zulf i ci güne zulf i her balka piciü tibi: hygiab olmasa zulf inün- sahäbi, jakardy ästabi hüf ni tibi: nitäkÿ te-ällükÿ mijänü giäne bend we sewkÿ te-ässükÿ gerdni ärusi dile pejewend itmisler idy. جمال شمه semmei gemäl, annexio Arabica, شمه semme, pro semme: particula, atomus, odor, exhalatio, جمال باكمال gemäli bā kemäl, annexio Subst. cum Adject. باكمال bā kemäl enim ponitur pro کامل kāmīl, perfectus. حوران جنان hūrānī ginān, Nymphæ Paradisorum; octo enim fabulantur esse Paradisos Fidelibus destinatos. جلوه gilwe . nitor & ornatus sponsæ, تعليم tarlim . docere, cum Dat. perf. Accus. rei, ut vides. عاشق کس āsīk kūs, amantium occisor, کس kūs enim est Part. Comp. simile Imperativo Verbi کشیدن kūsīden, seu usitat. کشتن kūsīten, occidere, لب جا بخش chadenki ghemze . Annexio, sagitta obtuitus aut nictus oculi, لب جا بخش lebi giänbachs, Annexio: labium animam largiens, che dà la vita: بخش bachs enim est Part. Comp. رشیدن bechsiden, donare, largiri. تلخ کام talch kām, Comp. amari palati, afflictus. In versu vides Genitivum postponi suo Substantivo ex licentia poetica, دل تنک dil tenk, angusti cordis, afflictus, زیباروی مشکین موی zibārūj müsün müj, & reliqua sunt ad modum compositorum, pulchræ faciei, h. e. facie pulcher, &c.

Verum ne immensus sim, neque de tua, Lector benevole, capacitate profecture tuo diffidere videar, supponens ex præmissis te omnia posse & legere & ad Etymologiam regulasque Grammaticæ revocare, campo tibi temet exercendi in lectione relicto, nudam abhinc ac ferè literalem residuæ narrationis explicationem exponam, & quidem ex Turcico Exemplari tanquam magis copioso. Uti in hoc quidem paragrapho post descriptionem pulchritudinis faciei & cæsariei utriusque amantis addit Turca: *Si non intercederet veli instar nubes cinnorum ejus, ipsius pulchritudinis ardor ipsum Solem incendere: amoremque puellæ sic describit: cingulo additionis lumbos animæ suæ astrinxerat, ac torquem amoris ejus collo sponsæ cordis appenderat, h. e. illa puella huic adolescenti sese ardentissimo amore addixerat, alligaverat. Deinde sic narrationem profectur.*

Innodati erant non secus ac Sol & Luna conjunctionem facientes, aut ut Jupiter cum Venere in eadem domo (Lunæ mansione) copulati erant. Juvenis ex zelotypia ac amoris ardore non permittebat, ut alii vel amurcam residuam fruitionis illius ancillæ degustarent, aut certè sitibundi obambulatores vastorum camporum amoris, i. e. amoris sequaces post mille conatus ad fontem vitæ, seu fruitionis ipsius viam invenirent: *Distichon: Si te vel uno momento non videam, major me cruciat, si te autem cum alio videam, me zelotypia enecat: Illa maligna vetula eo Ancillæ procedendi modo mirè afflicta, ob magnitudinem expensæ tenuitatemque accepti, viribus & animo defecerat. Verum quia Ancilla velum pudicitie è medio sustulerat, & ob amorem Juvenis amati animæ substantiam ad manum protulerat, exposuerat, ab eo retrahi minimè poterat, ideoque necessitate exigente, constituit animo mortem illius Juvenis, & eâ nocte, quâ monachus ipsius domus hospes erat, apparato convivio, occasionem captavit, scyphisque vino plenis Amantem Amatamque equitatus somni pedibus substravit, i. e. inebriavit, vino somnoque sepelivit. Postquam domestici vino somni ebrii decubuerunt, parum toxici lethalis dissolvit, & calamo textorio, seu tubulo imposuit, tubuli extremitatem unam ori immisit proprio, alteram verò naribus Juvenis applicuit; cum verò insufflare vellet, ut pars illius toxici ad cerebrum Juvenis penetraret, contigit, ut derepentè Juvenis sternutaret, vique vaporis ex naribus illius exeuntis totum illud venenum in Vetulæ fauces reverberaretur, unde illicò veneno operante, ipsa enecata cecidit periiitque, faciesque terræ à corpore mulieris impuræ purgata remansit: *Hemistichium: Utique id sceleris, post id incedis, quod in capite habes aut machinavis: Dicitur Proph. Qui fodit puteum aut foveam fratri suo, incidit in eam; Monachus casus hujus spectator fuit, eamque portentosam noctem, quæ ipsi extremi die judicii longior visa est, cum mille animi molestiis peregit, donec tandem Monachus radiantis dilu-**

culi

culi ex claustrō tenebrōsæ noctis prodiens altare horizontis tapete: *Tunc est diluculum,* quando illucescit, *Coran.* exornavit, seu ut *Perf.* coram altari horizontis tapetem cultūs divini sterna iussit, sensusque Versiculi Corani: *Educat eos de tenebris ad lumen:* mortalibus claræ diei instar inclaruit, patuitque: *Distichon:* Nitorem acquisivit, enituit fornix coloris speculi, cælum, sphaera cælestis carulea, facta est gena seu facies speculi (Cæli) coloris porcellana, i. e. carulei rubiginis expers, i. e. serenum apparuit cælum, ortus est dies. Ubi primū Monachus ab illius pessimæ gentis tenebris iniquitatis & impietatis evasit, aliud sibi hospitium quæsit. Fortè quidam Sutor, qui se sequacium aut fidorum discipulorum ejus numero annumerabat, aut, ut in *Perfico*, se ex numero fidorum ejus discipulorum esse gloriabatur, venerationis ergo eum ad suam domum deduxit, & postquam domesticis suis præcepit, ut ei servirent, conviviumque aut cœnam appararent, ipse abiit aliò à nonnullis amicis suis invitatus. Illius autem uxor habebat amasium quendam Juvenem bonæ indolis, moribusque cultum, venustæ faciei, crispæ cælariei: *Distichon:* Facetus erat amorsus gesticulator, oculi petulantis nictu ferientis, qualis, si quis adolescens fuerit, esse solet afflictio animæ mulierum, h. e. qualem depercut muliercula: Inter ipsos igitur fundamentum propensionis & addictionis & columina amoris reciproci firmata erant ac stabilita. Eorum autem mediatrix aut lena erat certi Chirurgi uxor, quæ famosam Ægypti veneficam ac præstigiaticem dellei muhtale dictam, astus & præstigias edocuisset, artem magicam ac sortilegia in eo gradu possidebat, ut suis incantamentis aquam cum igne copulare, & Canopum cum Plejadibus conjungere posset, spirituque fervido ac sermone blando chalybem in ceram, & porphyreticum marmor Templi Hierosolymitani liquefacere ac illud in fanum idolorum convertere posset: *Carmen Turcicum:* Mulier deceptrix erat præstigiatarum perita, in fraudibus discipulus ejus erat Diabolus, manu coronam precariam, in capite velum gestabat, ast dæmonis instar instigatrix mali, labiis continuo agitatæ precantis speciem præferbat, corde autem magiam fraudesque texebat, externa ejus species simplex, interior rubigine malitiæque plena, voluptatis carnalis dies viderat & prætergressa erat, libidinis campos obierat ac peragravit: Postquam itaque Sutoris uxoris domum æmulis vacuum vidit, campus ipsius palati aut cerebri cupidine fruitionis amasii impletus est, illic uxori Chirurgi statum rei significavit, ipsamque sic allocuta, dixit: *Formoso significa, hæc nocte saccharum esse sine concursu tumultu muscaarum, conversationemque futuram absque turbatione metuæ Prætoris aut Tribuni,* seu, ut hîc quis diceret, *Rumorum Magistris:* *Distichon:* Absit molestia Prætoris, aut importunitas Vigilis nocturni, nemo præter te mecum adest. Lenæ igitur nuntio exhilaratus Juvenis amans, vesperi annuli januæ instar domui amatae se stiterat, ac, ut janua aperiretur, anxius præstolabatur, cum ecce derepente Sutor fati repentini instar adveniens illum extraneum præ foribus suæ domus præstolantem vidit. Antehac etiam nonnihil ex hujusmodi suspitione olfecerat ac inaudierat, atque juxta illud: *Qui audit, sibi imaginatur, aut suspicatur:* id omnino in corde suo infixerat, modo autem, cum videret illum Juvenem præ foribus suis, prævalente rei apparentiâ ac certitudine, rem ita esse conclusit, venâque zelotypiæ intumescente, ac ardore iræ effervescente, domum suam ingressus, malè fortunatam uxorem fortiter verberavit, & post insignes pœnas illi inflictas eam columnæ alligavit, & ipse cervicali quietis caput imposuit, decubuit. Castus Monachus hæc agitabatur cogitatione: quod nimirum miserationis expers ille homo innocentem nullâ præmissâ culpâ hanc mulierem tot verberibus exceperit, id certè est ab omni humanitate alienum, oportebat, ut ego me interponerem, excessumque hujusmodi impedirem. Dum autem hæc intra se diceret, derepente uxor Chirurgi se audiri permisit dixitque: *O amica crudelis ac injuria, hunc Adolescentem cur tam diu præstolari sinis? nonne est peccatum? Deum time, citò fac, illum consolare:* *Verlus:* *Noti prætermittere occasionem, dum favet fortuna:* Respondit. *Distichon:* o tu tranquilli cordis, animo fruens tranquillo, afflictæ cordis statum quomodo noveris? quid scis de mœrore amantiæ corde afflictorum & cruciatorum, o Turtur avolans ad apicem cupressi, afflictionem cordis avium laqueo irretitarum qui noveris? O fida amica, audi meum gemitum, statumque meum percipe, tum mihi quidvis exprobra: hic conjux immisericors, illum aspectu formosum præ foribus vidit, & illicò insani spiritus instar ingressus, postquam me innumeris verberibus penè occidit, me huic columnæ alligavit & abiit. *Ab! quæ cupressus*

pressus delicata, gratiosa eras, facta tibi est columna habitaculum doloris. Si tu pro hac verberibus concussa & confracta mumiam commiserationis, ac pro illo amore vulnerato & corde saucio emplastrum misericordiae habeas, fac gratiam, quaeso, mea solve ligamina, & quantumvis molestum sit, mihi facultatem impertire te mei loco huic columbae alligandi, ut semel, seu tantisper exeam, dilecto meo me excusam ac redeam, teque solutam dimittam ac ipsa pristino statui restituar, si mihi impotenti hanc gratiam praestare dignata sis, me tibi beneficio devincies, meumque simul dilectum aeternum obligabis. Chirurgi uxor ex summo amore ac commiseratione, petito illius annuit, & in locum ipsius se alligari permisit, ac eam extra dimisit. Monachus auditis his sermonibus, tanquam ex filo originem causamque contentionis mulieris & mariti percepit. Interea Sutor expergefactus, uxorem suam allocutus est: Chirurgi uxor, verita ne ex voce ipsam subito dignosceret, rei que seriem integrè perciperet, praetimore responsum non dedit. Quanto magis Sutor clamabat, eò minus Chirurgi uxor respondebat. Sutor hanc re nimium quantum conturbatus iraque accensus, statim scalprum suum, seu cultrum sutorium apprehendens accessit, nasumque uxoris Chirurgi praecidit, manibusque ejus tradidit, dicens: *Accipe, & hoc egregium munusculum tuo amasio mitte.* Mulier praetimore ac metu clamare non ausa, patientiam habuit, sibi ipsi dicens: *Mirabilis res! Voluptate frusta est altera, altera delicti poenitentiam egit, poenamve tulit.* Carmen Arab. *Alter crimen commisit, ego autem sum punitus coram vobis, quasi ego fuerim index authorve praecedentis.* Quando Sutoris uxor venit, viditque Chirurgi uxorem in hanc infortunii decipulam incidisse, summe afflicta & corde angustata amarè flevit, & post multas deprecationes, solutis ejus ligaminibus, se ipsam, ut antea, columnae alligavit. Chirurgi uxor quid faciat? Volens nolens accepto ad manus naso suo, titubans ac modo cadendo, modo surgendo, meticolosa & ttemebunda domum repetiit: *Versus: Modò praestupore flebat, modò ridebat:* Omnia haec emergentia viderat Religiosus, nec poterat satis mirari portentosa hujusmodi accidentia, quae ex postscenio invisibilium fati spatiorum in visibile existentiae theatrum prodierant, adeoque stupor stuporem augebat. Verum Sutoris uxor praeterlapsa circiter hora, manus fraudis ac praestigiatarum ad altare precationum aperuit, extulitve ac dixit: *Carmen: O Deus, o Rex, o Creator, o Altissime, o Omnipotens, o Paraclite! tibi non est absconditum ullum secretum, tibi patet falsum verumque: hic meus Conjux me calumniatus, illicitum facinus mihi falso imputavit, & propter delictum, quod non admisi, me punire & torquere praesumpsit, o Deus, tuam gratiam & clementiam mihi subveni, & hoc amputatum membrum, quod faciei formaque ornamentum est, mihi restitue:* Distichon: *Mea veracitatis faciem illustra, mendacii & suspicionis velum remove, repelle ex vultu tenebras dubietatis, arcani absconditi faciem detege lucis instar, mea vestis sinum libera à manu calumniae, collarum meum eripe ex manu miseriae:* Sic orabat Sutoris uxor, maritus autem vigilabat, cum ergò gemitus ejus fraudulentos aut fictos, precesque malitiosas audivisset, exclamavit dicens: *o scelesti infaustra, qualis hac est petitio tua, qualis est precatio, quam facis, num ignoras impudicorum orationes in illa aula locum non habere, & improborum supplicationes in illo tribunali despici:* Distichon: *Si praetendis, ut opus aliquod tuum aestimetur aut gratum habeatur, opus est, ut lingua tua, corque purum servetur, & utrumque ad id est necessarium.* Paulò post mulier exclamavit dicens: *o inique tyranne, animorum cruciator, accede, potentiam Dei gratiamque infinitam intuere, ac vide, quomodo simbriam pudicitiae meae sordibus hujus calumniae nullatenus inquinatam perspiciens Deus benedictus ac excelsus hujus afflictae nasum rursus largitus redintegraverit, meque miserabilem ab ignominia & opprobrio inter populum praeservaverit.* Vir simplex corde, his ab impudica muliere auditis verbis, percussus obstupuit, accensaque lucernam accessit eam, sanamque videns, ac nasum ejus pristino loco restitutum firmumque comperiens, neque verò ullum vulneris aut cicatricis signum advertens, subito peccatum suum confessus, calumniamque deprecatus, sese excusandi modos quaesivit, ac omni usus blanditià & submissione, manus ejus pedesque à vinculis solvit, verèque poenitens votum fecit, fore ut abinde absque evidenti probatione & plenà rei certitudine ejusmodi actiones nunquam admitteret, & cujusvis accusatoris aut maligni sycophantae verbis aurem non praebens, religiosam ac optimam prole foecundam uxorem nunquam molestaret aut malè tractaret, nec unquam toto vitæ suae

decur-

decurfu mandata tam piæ, cujus preces exaudiuntur, mulieris transgrederetur. Ex altera autem parte Chirurugi uxor injuriosè afflicta & naso mutilata, domum reverfa meditabatur quam tandem astutiam excogitare, & hoc accidens quâ facie, aut sub qua specie Marito exhibere, suis autem notis aut ignotis de re sciscitantibus quale responsum dare, amici que ac vicinis suis qualiter factum excusare posset. Interim Chirurgus è lecto surgens, uxori dixit hæc verba. *Propè est diluculum, instrumenta ac utensilia porrige, quia ad curandum talem & talem Mercatorem iturus sum.* Mulier distulit responsum, & cum diù tardâset in porrigendis illis necessariis, ex theca novaculam exemit eique solam porrexit; Chirurgus indignatus inter noctis tenebras novaculam versùs eam projecit, eamque incepit objurgare ac gravioribus verbis compellare. Illicò mulier edito clamore, vah nasum meum! inquiring, de loco in locum se volutare cœpit, Chirurgus obstupuit: propinqui ac vicini accurrerunt ad domum Chirurugi, mulierem sanguine respersam, nasoque mutilatam viderunt, in Chirurugum extensâ maledictorum linguâ culpam ipsi suam exprobrare, ac objurgare cœperunt. Ipse miser attonitus hæsit, nec factum negare, nec confiteri potuit. Postquam facies diei mundum illuminantis ex postscenio tenebrarum comparuit, ac Solis speculum mundum integrum repræsentans, speculi Alexandri instar resplendere cœpit, *b. e.* facto diluculo, cum Sol cœli manu apprehendit speculum Alexandri: Consanguinei mulieris convenerunt, & Chirurugum ad Judicem deduxerunt. Fortè Religiosus etiam ex domo Sutoris egressus ad inquirendum de suo discipulo impostore, ad Prætorium se contulerat; cum ergò Partes adversæ Chirurugi factum Judici exposuissent, Judex Chirurugum affatus, dixit: *ô Magister, cur tu absque evidenti ac notoria culpa, & absque causa judicialiter probata hanc mulierem ad hunc statum redegisti?* Chirurgus attonitus hæsit, nec scivit, quæ referre deberet. Judex juxta legem irrevocabilem, quæ est: *Vulnera talione compensantur:* pœnam talionis decrevit. Religiosus id rei videns, ad conspectum Judicis venit & dixit: *ô Judex, in hac causa seriâ opus est consideratione, & oculo prudentiæ res est ritè introspectienda, quia meam vestem fur non abstulit, & vulpem fera non occiderunt, mulieris inhonestæ felis vesicam non dirupit venenum, & uxoris Chirurugi nasum non præcidit Sutor, quin potius auctores horum malorum ac infortuniorum, nos ipsi sumus:* Carmen: *Quicquid nobis accidit, ejus nos in causa sumus, seu id culpâ nobis nostrâ contigit, pœna est factis nostris debita, id quod passi sumus: Dæmonem concupiscentiæ aut propriæ libidinis secuti sumus, à via aberravimus, diploma fidei obliquè conscripsimus.* Judex à Chirurgo superfedens, se ad Religiosum convertit & ait: *Hæc nobis mysteria explica, & compendium hoc distinctè clarèque nobis interpretare.* Religiosus tunc omnia, quæ sibi contigerant, à capite ad calcem Judici enarravit, & dixit: *Si in me discipulos conquirendi cupido non fuisset, furis nugis jactantissive non svissem me decipi, neque verò ille impostor nequissimus occasionem nactus vestem meam abstulisset. Si pariter vulpes nimia provocata aviditate & gulâ à vorando sanguine abstinuisset, à ferarum idibus non periisset. Similiter si improba mulier Juvenem imprudentem veneno interficere non tentâset, dulcem animam exitio non dedisset. Si porro Chirurugi uxor ad illud vetitum facinus suâ mediatione non concurrisset, Sutor non ita eam tractâvisset: Quicumque malum facit, non debet sperare bonum, & qui sacchari arundinem desiderat, non debet colocynthidis semen seminare?* Distichon: *Sic dixit Doct̃or quidam peritus, noli facere malum, quia malum à fortuna experietis.*

Atque ex hac rudi & ferè literali explicatione formare tibi facilè poteris meliorem sensum, historiamque totam in linguam, quam possides, transferre, ademptis, quæ tibi videntur superflua, vel additis, quæ tibi videbuntur ad explicationem necessaria, prout fecit Interpres bonæ notæ, qui partem libri supradicti *هياون نامه* *hümājūn nāme* intitulati in Hispanicum idioma transtulit; hanc vero ipsam historiam sequentibus verbis expressit.

H I S T O R I A.

Cuentase, que vn Rey diò vn vestido de brocado a vn Parrocho, lo que auiedo entendido vn ladron; el qual podia de los ojos hurtar el colirio, movido de la avaricia, se fue a la posada del Parrocho, con intencion de hurtarle el vestido, y se le infinuò, para servirle, y mostrò gran voluntad, y diligencia, para aprender las buenas costumbres; y loables crianças, hasta que con aquel engaño hallò ocasion una noche, y

lleuò el vestido. A la mañana el Parrocho se hallò sin el vestido, y el discipulo ausente, y auiedo reparado, que aquel desvergonçado auia estendido la mano a su vestido, se fue àzia la Ciudad, para buscarle, y mientras que se iba por el camino, viò dos Cieruos, que combatian el vno con el otro, y se herian con las cabeças, y cuernos: mientras que aquellos dos fieros enemigos peleauan, y la sangre corria de sus heridas, vino vna codiciosa Zorra, y lamiò la sangre que derramauan, y quando estos dos enemigos combatian, y que brantauan sus cabeças, la impudente Zorra se hallò en medio dellos, y recibió de ambas las partes tantos golpes que cayò en el laço de la muerte. El Parrocho marauillandose grandemente deste caso, aprendiò el exemple, y adquiriò la experiencia, y prosiguiò su camino, y llegando a la Ciudad de noche, y hallando las puertas cerradas se espantò, y como vna Tortola perdida, desesperado se fue rodeando la Ciudad, y mientras que estaua buscando, y preguntando por la posada en que alojarse, vna muger mirando por vna ventana, le viò, y conociò, que era estrangero, y peregrino, y le llamó a su posada. El Parrocho le diò gracias, y aceptò el combite, y mostrandole vn rincon de la posada, procurò descansar; pero la muger era deshonesta, y maluada, y tenia algunas moças aposta para hazer vellaqueras, y maldades. *Verso. Adornaualas con diuersos vestidos, y colores, y cada noche se iba de vna camarada a otra.* Vna de aquellas moças era tan hermosa, y graciosa, que las Ninfas del Paraiso inuidiauan su belleza, y el Sol, que alumbra el Mundo, por el resplandor de sus mexillas, ardia de emulacion, y sus amorosos ojos auian hecho el pecho de los amantes, blanco de las flechas de sus parpados, y sus labios rendidores de almas, eran al amargo coraçon, la dulçura de açucar. *Verso. La Luna se alojaua en su rostro, y la miel auia hallado la dolzura de sus melisluos labios, y pendian de su pelo mil corazonces, y mil almas, sus jacintinas trenzas tenia derramadas: por sus labios el rubi estaua escondido en la piedra, y por su boea el azucar perdia lo primoroso de su dulzura.* Vn mancebo de gentil cara, de cabellos de oro, de estatura de cipres, de blancura de la nieue, de lengua dulce, y de estatura subtil, era amancebado con aquella moça, y estauan juntos, y vnidos, como el Sol con la Luna, y viuian, como dos alimendras en vna calcara, en vn lugar. El moço por el zelo de umor, no permitia, que otros participassen de sus reliquias, y que los sedientos de los desiertos con mil penas, y ardores llegassen à aquella fuente de agua dulce. *Verso. Si te veo vna vez el amor me abraça, y si te veo con el otro, el zelo me mata.* A quella maluada muger ya se auia enfadado, y enojado deste estado de la moça, y por el disgusto grande, y pequeña ganancia se auia quedado pobre, y desesperado; mas porque la moça auia perdido la verguença, y el respecto, y por el amor que tenia à su amante auia expuesto la moneda de su vida a la palma de la mano, no la podia impedir, ni reprimir: assi por fuerça se resoluiò a matar al moço, y aquella noche quando estaua en su casa el Parrocho aparejó la cena, y esperò la oportunidad, y con las taças llenas de vino, sumergió aquellos dos amantes en el mar del sueño, y despues que la gente de casa se embriagò del todo con el vino del sueño, destemplò algo de la ponçoña, y pusola en vna caña hueca, y poniendo vn cabo de la caña en su boca, el otro apliò a las narices del moço, y mientras que quiso soplarle dentro la ponçoña, para que se fuesse vna parte al seso del moço, este de repente estornudò, y por el impetu del ayre, que saliò fuera, toda la ponçoña se fue a la garganta de la vieja, y al instante haziendo operacion la matò, y se limpiò la haz de la tierra de su impuro cuerpo. El Parrocho viendo este caso, passò aquella noche con mil penas, y congoxas, hasta que el Sol ilustrò, y alegrò el mundo, y despues que se librò de las tineblas de la maldad de aquella gente, buscò otra posada. Aconteciò, que vn Zapatero, que se preciaua de ser vno de los discipulos, y confidentes del Parrocho, le lleuò a su casa, y encargò a la familia, el deuidò seruicio, y el aparejo de la cena, y el se fue a recibir vn combite de algunos amigos; però su muger galanteaua a vn moço de gentil presencia, de buenas costumbres, de linda cara, y de cabellos crespos. *Verso. Vn moço auisado, amoroso, y bello, serà ruina de la muger, y del marido.* Estaua la fabrica de sus amores bien fundada, y fortificada, y tenian por medianera la muger de vn Barbero, la qual era tan astuta, y platica de la Arte Magica, que con sus encantos, y conjuros auia hecho conforme, y conatural el fuego, y el agua, y con su ardiente espiritu, y blandas palabras auia hecho de azero cera. *Verso. Era engañadora, y cauilosa, y en arte del engaño, el diablo era su discipulo.* Tenia dulces palabras, y estaua llena de hechiceria, en el exterior era sincera,

sincera, y en el exterior toda variable, y tenia gran platica del mundo, y especialmente del amor. Despues que la muger del Zapatero vió la casa libre del emulo, el deseo de verse con el amante, le ocupó el coraçon, y luego auisó a la muger medianera del negocio, diziendola. Dà la nueua al amante, que esta noche el açucar serà fin embaraço de las mofcas, y la conuersacion sin el miedo de los Alguaziles, y Escriuanos. Mientras que el amante por el auiso de la muger medianera estaua, como la aldaua, pegado a la puerta de noche, esperando que se abriese: entonces viniendo el Zapatero, como vna subitanea, y repentina desdicha, vió aquel estrangero delante de su casa, y auiendo antes tambien oido alguna inconueniencia, que tenia impresa en su coraçon, y aora viendo aquel moço a su puerta, se alteró grauemente, y se abrasó de zelos grandemente, y entrando en la casa dió de palos a la desdichada muger, y despues de auerla castigado bien, y atado a vna viga, se fue a dormir, y se recogió a la cama. El Parrocho estaua pensando, y diziendo. Este desapiadado hombre, ha tratado mal a esta pobre muger, sin causa, y culpa, yo deuia interponerme, y impedirle vna accion tan mala, y injusta. La muger del Barbero vino improuiso, y dió voces, diziendo. O cruel amante! Porque hazes esperar tanto a este pobre mancebo? Ven presto. *Versó. No pierdas ocasion quando la fortuna te fauorece.* La muger del Zapatero la llamó, y con voz triste la dixo. Vn coraçon, que està en paz, no sabe la pena que padece el otro coraçon affligido: las aues que buelan por el ayre, y por encima de los Cipreses, que saben de aquellas, que estan prendidas en el laço? O desapiadada! Oye primero las quejas de mi llanto, y sabe mi estado, y despues me reprehende. Este cruel marido ha visto à aquel amoroso mancebo, y luego se enfureció, como vn loco, y entrando dentro me ha maltratado, dandome de palos, y despues me ha atado a esta viga, y se fue. Si tienes alguna lastima a esta pobre apaleada, y maltratada, y si à aquel traspassado, y llagado coraçon traes vn poco de vnguento de piedad, y compassion, hazme merced, librame deste laço, y dame licencia, que te ate a la viga en mi lugar, y que yo vaya a escufarme con mi galan, que luego boluerè, y te librarè de la atadura, y me pondrè, como antes: que si me hazes este fauor, te quedarè eternamente obligada. La muger del Barbero por la gran piedad, y lastima consintió con sus ruegos, y se puó en su lugar en el laço de los males, y la embió fuera. El Parrocho oyendo estas palabras cayó en los pensamientos de la dependencia del marido, y muger. En tanto despertando el Zapatero llamó a su muger. La muger del Barbero temiendo que no la conociesse por la voz, y no viniesse en conocimiento de todo el negocio, no respondió, y cada vez que el Zapatero gritaua, y llamaua, ella no se atreuió darle respuesta, y por esto enojandose grandemente el Zapatero, y encendiendose en saña, y furor, tomò luego vna nauaja, y viniendo, cortó las narices a la muger del Barbero, y se las dió en la mano, diziendo. *Embialas a tu galan por vn lindo regalo.* La muger por el miedo, y temor no se atreuió a dar voces, tuuo paciencia, y marauillandose dixo à si misma. *Otros han gozado la rosa, y yo padezco la espina.* La muger del Zapatero boluiendose vió a la desdichada muger del Barbero, y se entristeciò grandemente, y lloró amargamente, y escusandose la desató del laço, y se ató à si misma, como antes a la viga. La muger del Barbero tomando las narices en la mano, se fue cayendo, y leuantando, temiendo, y temblando àzia su casa. Alguna vez lloraua, y reía del caso, y otra vez se arrancaua los cabellos de rabia: El Parrocho oyendo todas estas cosas se marauillò grandemente, hasta que la muger del Zapatero, passada vna hora, leuantó sus manos de astucia, y engaño àzia el Cielo, diziendo. *O todo poderoso! A ti ninguna cosa està escondida, ni oculta: tu sabes la verdad, y falsedad: Este impio marido mio me ha calumniado, y culpado deste illicito hecho, y por vn delito que yo no he cometido, me ha castigado con rabiosa crueldad: tu Señor por tu gran clemencia, y grandeza ayudame, y este miembro, que es ornamento de la cara, ponmelo otra vez en su lugar.* *Versó. Ilustra mi inocente cara, y quita de medio la duda, y la mentira, y lleua la nuue de sospecha de mi rostro: y abre los ojos, como el Sol, al oculto secreto, y libra mi honor de la mano del delito, y saluame desta calamidad, y tribulacion.* Mientras que la muger hazia oracion, el Zapatero despertò, y oyendo sus oraciones, y maldiciones, la gritò, y dixo. O tu impura, y desvergonçada! Que ruegos son estos tuyos? y que peticiones son estas, que hazes? No sabes por ventura, que las oraciones, y peticiones de los impios, no se oyen, ni aceptan en aquella Soberana

Corte?

Corte? *Versò.* Si tu quieres milagrosamente te manifeste la cosa, es menester tener la lengua, y el coraçon limpio, y puro. La muger de repente dió voces, y dixo. O cruel tirano! Ven, y ve el poder de Dios, y la grandeza del Omnipotente: por ser mi vida limpia de la mancha deste delito, la Divina clemencia bolviendo otra vez las narices a esta inocente ultrajada, y oprimida, me las ha reparado, y me ha librado de la infamia, y confusion en medio del pueblo. El hombre de animo sencillo, oyendo estas palabras de la astuta, y maluada muger, se quedò atonito, y espantado por la marauilla: y trayendo vna luz viò la muger sana, y hallò que estauan sus narices firmes, sin conoscerse alguna señal de la herida: por lo qual luego confesò su pecado, y acusò su calumnia, y escusandose, y disculpandose, con mucho cariño, la defatò del laço, y la besò los pies, y las manos, y haziendo las protestas de arrepentimiento, dixo. Que jamas no cometeria accion tan temeraria, como esta, y que por las malignas palabras de los maldicientes, y calumniadores, no daria ningun disgusto a su santa, y casta muger, y que durante su vida, nunca saldria de sus ordenes. De la otra parte la muger del Barbero ultrajada, y ofendida llegò a su casa toda espantada, y dudosa, que engaño inuenteria, y en que manera este caso representaria a su marido, y en que forma responderia a las preguntas de los conocidos, y estrangeros, y de que suerte se podria escusar, para con los amigos, y cercanos deste hecho. En esto el Barbero leuantandose sobre la cama, dixo a su muger: ya que amanece dame los vestidos, y instrumentos, porque tengo de ir al seruicio de vn cierto Cauallero. La muger tardò a responder, y despues de auerse detenido vn buen rato en darle los vestidos, sacando de la caja vna nauaja se la puso en la mano. El Barbero enojado grandemente desta accion, en la oscuridad de la noche arrojò la nauaja contra la muger; y empeçò a ultrajarla con muchas injurias. De improuiso la muger dió voces, diciendo. *Ay mi cara!* Y se echaua de vn lugar a otro. El Barbero se quedò atonito, y espantado, y los parientes, y cercanos se congregaron en la casa del Barbero, y hallando su muger ensangrentada con la narices cortadas, empeçaron a reprehenderle: y el atonito, y espantado del todo, non podia, ni confessar, ni negar el hecho. Ala mañana juntandose los parientes de la muger, lleuaron al Barbero delante del Iuez. Aconteciò, que el Parrocho saliendo de la casa del Zapatero, se fue a la casa del Iuez, para inquirir el estado del discipulo huido. Auiendo los aduersarios acusado al Barbero del crimen cometido, el Iuez dixo. O Maestro! No siendo salido a luz el delito, ni tampoco prouado en juicio; porque has cortado las narices a esta muger? El Barbero pasmado, y perplexo no supo, que responder, para justificarse. El Iuez mandò que por pena del talion se le corten las narices. El Parrocho viendo esto, se puso delante del Iuez, y le dixo. Señor Iuez, es menester considerar muy bien esta causa, y usar de mucha diligencia, para venir en conocimiento de la verdad del hecho: porque el ladrón no ha tomado mi vestido, y los Cieruos no han muerto la Zorra, y la ponçoña no ha muerto a la maluada muger, y el Zapatero no ha cortado las narices a la muger del Barbero; mas nosotros hemos sido causa de estas desdichas, y miserias. El Iuez dexando al Barbero, boluiòse al Parrocho, y le dixo. Es menester que nos declares, y descifres este negocio, y nos expongas con particularidad este hecho. El Parrocho le contò lo que auia sucedido, y passado desde el principio al fin, y le dixo. Si yo no huuiera tenido capricho de tener los discipulos, y si me huuiera guardado de los ladrones: aquel desdichado ladrón no huuiera hallado ocasion, y comodidad, para lleuarme el vestido, y si la Zorra no huuiera sido muy codiciosa, y si huuiera dexado de beuer la sangre, no huuiera sido muerta de los Cieruos, y si aquella maluada muger, no huuiera tenido en su casa las moças de mala vida, y no procurara la muerte à aquel mancebo, no huuiera sido muerta del veneno: y si la muger del Barbero no huuiera cooperado en aquel illicito hecho, el Zapatero no le huuiera cortado las narices, y qualquiera que haze mal, no deue esperar bien, y quien siembra la semilla amarga, no deue esperar frutos dulces. *Versò.* Assi dize aquel buen Maestro, no bagas mal, porque no recibas mal.

FINIS GRAMMATICÆ.



I N D E X
PARTIUM ET CAPITUM
GRAMMATICES.

PARS PRIMA.
DE ORTHOGRAPHIA.

- CAP. 1. De literis.* pag. 1.
2. De valore characterum nostrorum quibus utor ad exprimendam pronuntiationem literarum &c. Turcico-Arabico-Persicarum. p. 3.
3. De sono & recta pronuntiatione literarum. p. 6.
4. De Arabicis divisionibus literarum. p. 8.
5. De vocalibus literarum aliisque notis, & de combinatione ac lectione syllabarum. p. 9.
6. De scribendi varietate seu de variis scripturae Turcicae generibus. p. 17.
7. De Permutatione literarum inter se & de quantitate syllabarum. p. 19.

PARS SECUNDA.
DE NOMINE EJUSQUE ACCIDENTIBUS.

- CAP. 1. De Articulo Arabico.* pag. 21.
2. De Genere & motione Nominum. p. 22.
3. De Numero & Casu. p. 23.
4. De Declinatione Nominum. p. 26.
5. De Comparatione Nominum Turcicorum. p. 32.
6. De Specie Nominum. p. 33.
7. De Figura Nominum. p. 40.
8. De Numerilibus. p. 42.

PARS TERTIA.
DE PRONOMINE.

- CAP. 1. De Pronominibus personalibus & demonstrativis.* pag. 49.
2. De Pronominibus Relativis. p. 52.
3. De Pronominibus Possessivis. p. 55.

PARS

):

PARS QUARTA.
DE VERBO.

- CAP. 1. De Genere, Specie & Figura Verborum. pag. 59.
2. De Modis, Temporibus, Personis, Numeris & Conjug. verborum
in genere. p. 65.
3. De Conjug. verbi Substantivi Olmak, & Olmamak, esse & non
esse aut fieri. p. 67.
4. De prima Conjugatione & formatione Temporum. p. 72.
5. De Conjugationibus verborum Arabicorum. p. 89.
6. De Conjugatione verborum Persicorum. p. 105.
7. Secunda Turcicorum Verborum Conjugatio variis linguis expli-
cata. p. 111.

PARS QUINTA
DE RELIQUIS PARTIBUS
ORATIONIS.

- CAP. 1. De Adverbia. pag. 124.
2. De Praepositione. p. 132.
3. De Conjunctione. p. 138.
4. De Interjectione. p. 143.

PARS SEXTA.
DE SYNTAXI.

- CAP. 1. De modo alloquendi aliquem. pag. 145.
2. De ordine constructionis. p. 146.
3. De concordantia Nominis cum Nomine. p. 149.
4. De constructione Comparativi & Superlativi aliorumque Adje-
ctivorum casum aliquem regentium. p. 157.
5. De Syntaxi Verborum. p. 159.
6. De reliquis constructionum modis. p. 173.

PARS SEPTIMA.
DE PROSODIA ET ARTE
METRICA.

- Historia Turcica & Persica exercitii causâ. p. 177.
p. 196. & seqq.

